







1710

1. Beckius, Joh. Tobias : De fatali interpositione appell.  
Lithonis

2. Brustmann, Johann Leonhard : De honesti  
viciosa sex in XIX commissa

3. Fichtner, Joh. Georg : De causis dubii litis  
eventus.

4. Heering, Albertus : De Fide

5. Haupter, Christianus Triton. De periculo ven.  
ditoris

6<sup>a, b, c, d</sup>. Jhdwebrander, Haerem : De vicioritate  
lapidum finium commissa jure 4 Sempl  
1711, 1721 - 1741.

7<sup>a</sup>.  
= Numburger, Georg Wolf : De pecunia praesentia  
causa rescripta. 2 Sempl. 1710 - 1722

8. Schwarzer, Christianus Guell : De limitibus prelatiis  
Lithonum erga parentes

9. Seutter, Johann Mathaeus : De testamentis  
 alphabetici
10. Soergel, Johann Conrad : Theses juridicae seu  
 juris
11. Spizius, Christophorus : De loco contractus
12. Spizius, Felix : Theses ex universo jure  
 1711
1. Beckius, Joh. Ludovicus : De probatione per testes  
 de evictis aliis dependentes
2. Fichtnerus, Joh. Georgius : De possessionis commoda
- 3<sup>a</sup> 2<sup>b</sup> Fichtnerus, Joh. Georgius : De alienatione von  
 Zueken : von Hand / Dultzen / Degen auf einem  
 Zueken 2 Bunde 1711 : 1722
4. Gunder, Wolff. Nicol. : De sacerdotio justitiae  
 sive de officio Feli veri

5. <sup>2. ed.</sup> Bacher, Joh. David: De causis ecclesiasticum  
judicium imperiale autheum feudatibus, tunc  
concurrentia cum judicio camerale
6. Hanning, Philippus Ludovicus: De dispositione  
circa rem alienam valide
7. Kollerus, Jo. David: Pragmaticorum politicorum  
varietatem . . . edisseret.
8. Mollerus, Joh. Guil: De metessi barbarica.
9. Pink, Eucherius Gallot et Jun, Franciscus, von:  
De carrociis
10. Scheurerus, Joannes Christophorus: De testamentis  
irrevocabili
11. Schreiber, Joannes Sigismundus: De judicio Caesa.  
res forestali Norvea
12. Hebbard, Joannes Guibon: De senatusfueri vltimo  
M. P. Rora

13. Spitz, Erkennen: *De stigmatibus vulgo*  
Bezeichneten d. Gebirgsmarken.



7  
P. 3. num. 7. 1710 60

DISSERTATIO JURIDICA  
De

**DIVERSITATE LAPI-  
DVM FINALIVM  
EORVMQVE JURE**

**Unterschied der Brenz- und Marck-  
Steine und deren Befugnis/**

SVB

MAGNIFICI VNIV. RECTORIS

**DN. HENRICI HILDE-  
BRANDI, JCTI,**

REIP. NORIC. CONSILIAR.

ET PAND. PROF. PVBL.

PATRONI AC PRÆCEPTORIS SVI OMNI


HONORIS CÆLTY PROSEQVENDI,

PRÆSIDIO,

ad d. Jun. CIO IO CCK.  
VENTILANDA

**CHRISTOPHORO ADAMO RINDERO,**  
Norimb.

ALTORFI NORICORVM,  
LITERIS KOHLESII VNIV. TYPOGR.



P. 178

14

107

DISERTATIO  
DE  
DIVERSITATE LAPI  
DUM FINALIVM  
FORVMQVE JURE


BRANDI  
RECTORIS


HENRICI HI DE  
BRANDI  
CONSILII

RECTORIS  
BRANDI

ADAMO RINDERO

LITERO KOHLESI VIVIT TYTOOR





Q. D. B. V.

CAPVT PRIMVM.

*Diverforum lapidum Ortum, Definitionem ac Partitionem enucleans.*

§. I.



Otas inter, quibus cum territoria, jurisdictionum, venationum, pascuorum ac aliorum jurium distinctus, tum privatorum prædia resque patrimoniales fecernuntur, potissimum lapides numerantur, fines reguntur ac a se invicem dispescentes,

*Ingressus.*

Quam scitu necessaria sit horum varia qualitas, iis, qui finium & terminorum controversiis adhibentur dignoscendis, ipsa experientia, rerum omnium optima magistra, magis præbuit cognoscendum, quam heic monere instituti nostri ratio permittit. Facili hinc negotio erit conjecturanda ratio selecti a nobis præsentis Thematis ad disputandum, cum ea in Academicis potissimum veniant inculcanda, quæ futuræ vitæ ac foro occurrunt frequentiora, seque usu & applicatione præ cæteris commendant. Antequam autem præsentem lapidum terminalium diversitatem penitius considerandam exhibemus, non adeo erit extra oleas vagari, si præmittuntur quædam, de ratione eisdem designandi fines primordialiter introducta, ab hac nostra materia non adeo abaliena.

§. II.

Quamvis enim mos dominia rerum distinguendi primæ hæc hominum conditioni plane fuerit incognitus proprietate rerum ab initio eisdem indivisim a Deo data & concessa, ac successu de-

*Termini primordialiter incogniti.*

A 2

num

subinde in-  
ducti.

ad evitan-  
dat lites.

num temporis consensu & voluntate patrimoniorum distributione  
 singulis adsignata; nam cuncti agris & arvis, prout cuique pla-  
 cebat, promiscue & communiter utebantur, & aucto hominum  
 numero, & ingravescantibus eorundem nequitias & inimiciis,  
 distinctione dominiorum demum terminus quasi est positus. *L. 5.  
 ff. de 1. & 1. Majer ad Inst. tit. de R. D. §. 11.* Tamen nec juri  
 Naturali nec Gentium repugnat limitum ac finium circa rerum  
 dominia constitutio: omnem enim ansam litigandi & disceptandi,  
 quam rerum communio, ut discordiarum mater larga fovet, *L.  
 77. ff. §. 20. & Leg. 2. l. f. C. Commun. divid. præcindit.* Unde  
 Plato jam olim lapidem Terminalem a Deo firmatum judicavit,  
 quo amicitia & inimicitia terminentur, *de Leg. Dialog. 8.* & Numa  
 Pompilius II. Romanorum Rex, justitia clarus, suum agrum a  
 vicino, lignis interpositis, distinxit atque separavit. *Halicarnass.  
 Hist. l. 2.* ac Deo Termino sacellum in monte Tarpejo erexit, id-  
 que Jovi Terminali tanquam pacis custodi, consecravit. *Plutar-  
 chus Quest. Rom. 15. Virg. L. 1. Georgicorum.* Nostra utique in-  
 teresti & imperantium agros limitibus certis distinctos habere, ut  
 fiat separatio ejus, quod est proprium, ab eo, quod est alienum;  
 præterea conducitur ne dominia rerum incerta existant. *L. 1. ff.  
 de Usucap.* Imo quod ad singulos proprietenus spectat, ac pleno  
 jure pertinet, a singulis diligentius tractatur & curatur: ad-  
 ministratio enim unius rei, per plures spargitur, & secundum  
 naturale vitium, cum homines ad dissentiendum sint faciles. *L.  
 17. §. 6. ff. de Recept. quod pluribus commune est, communiter  
 negligitur, ac susque deque habetur. L. 2. C. quand. & quib.  
 quart. pars deb. L. 3 §. 7. de Administr. Tut.*

Termini re-  
cepti sunt.

§. III.

Licet enim ratione primi ac naturalis status, ceu dictum,  
 finium termini haud usitati fuerint, nihilominus introducta  
 postea dominiorum separatione; ad horum limites designandos,  
 & signa ac monumenta naturalia & artificialia sive instrumentalia  
 recipi consueverunt. Illa ab ipso Deo & Natura, homines pro  
 distin-



distinguendis dominiis & proprietatibus constituta quasi existima-<sup>vel natura-</sup>  
 runt, v. g. montes, colles, valles, petras, fluvios, amnes, ri-<sup>les</sup>  
 vos, fontes, vias regales, arbusta & alia. Hæc vero manu, ope<sup>vel artifi-</sup>  
 & industria collocarunt, ut palos, sepes sepulchra, columnas,<sup>ciales,</sup>  
 fossas, cruces, monumenta, lapides & arbores cruce signatas,<sup>inter hos la-</sup>  
 & in medio foramen habentes, *Grenth-Bäume / oder Lauben*  
*sive Löchern / weil man solche Bäume mit eingehauenen*  
*Löchern bezeichnet.* Joh. Otinger. *de Jur. & Controv. limit. l. 1.*  
*c. 13. n. 2.* Befoldus *Thesaur. pract. voce, Marckstein.* Gryphi-  
 and. *de Insul. c. 24. n. 91.* Bald. *Vol. 1. Consil. 420. & Consil. 286.*  
*vol. 2.* Myler. ab Ehrenbach *in Metrolog. c. 14. §. 4.* Mynsing.  
*Cent. 6. obs. 25.*

§. IV.

Diversi tamen hi lapides, quos distinctim nobis & speciatim  
 nunc exponendos præstituimus, dum finibus regundis adhiben-  
 tur, sunt limites ditionum ac proprietatum possessionumque,  
 quibus tam rerum corporalium, quam incorporalium fines, rite  
 positi designantur. *L. 2. pr. ff. de term. mot. C. f. X. de Verb. Sign.*  
*L. 1. ff. fin. reg.* Myler ab Ehrenbach *in Metrolog. c. 14. §. 6.* Hieron.  
 de Monte *de Finib. Reg. c. 15. n. 2.* Germanis nostris vocantur  
*Marcksteine* a vetustissimo vocabulo *Marckst.* Unde termina-  
 tum ipsum dicitur *Marckscheidung.* Glossa in *Spec. Sax. Art. 59.*  
*n. 2.* Nec non integri districtus limitati *Feld Marckungen* dicun-  
 tur, Lud. Gilhausen *in Arbor. Judiciar. cap. 1. p. 2. art. 2. §. 10.*  
*num. 5.* Speciatim penes Saxones audiunt, *Mahlsteine / von*  
*Wort Mahl / i. e. ein Zeichen / oder Semerck / nec non Weich-*  
*bild / quasi ein Bild dem man weichen soll / arcens vicinorum*  
 jurisdictionem. Heigins *L. 2. Quest. 2. n. 57.*

Lapidum  
Descriptio.

§. V.

Quam varia adeo sit supra adducta Lapidum denominatio,  
 tam paucæ sunt divisiones, ad quas eorundem varietas, ex re-  
 bus, quibus regundis lapides adplicantur, orta reducitur: Nam  
 Lapidus finalis cujuscunque generis, sunt (1) vel publici vel pri-  
 vati

Dispositio  
Lapidum.

vati : illi vocantur , qui à vicinis Dominis Territorialibus , vel ab aliis Regalia aliave jura , quæ non semper privatorum sunt , exercitibus , ad distinguenda territoria aliorumque jurium fines in exercitio denotandos , solenniter sunt constituti ; tales sunt lapides territoriales , jurisdictionales , forestales &c. *Land-Ge-richts- und Forst-Steine* &c. Rutger Rulant. de *Commis. p. 2. lib. 6. c. 3. n. 18.* Ludovicus Gilhaus. in *Arbor. Judic. Cap. 6. p. 2. art. 11. §. 10. n. 6.* Besold. in *Theaur. pract. voc. Markt-Steine*. Lapides privatorum autem dicuntur , qui vel agros vicinorum a se invicem sejungunt , sive in sylvis sive in campis positi , ac sub nomine *Güter-Steine* / veniunt. Rutger. Rulant. de *Commis. & Commis. P. II. Lib. VI. c. 3. n. 18. & sq.* Ludov. Gilhausen in *Arb. Judic. c. 6. P. II. art. 2. §. 10.* Sane distinctio modo memorata convenit dispositioni *L. selegatur. s. s. fin. i. ibi : curabit Praeses provincie fines publicos a privatis separare. ff. de oper. publ. & a Numa Pompilio secundo Romanorum Rege originem traxisse videtur , qui jus terminale non solum in privatis agris , sed etiam in publicis complexus est , ut populus Romanus agrum a vicino , & publicum a privato discerneret. Halicarnass. L. 12. Di-  
prope fin.* Lapides finales sunt (II) vel communes vel mixti ; inter communes lapides referuntur , qui tam ad privatos , quam ad publicos spectare possunt , quales sunt lapides principales sive angulares , vulgo *Haupt- Eck- oder Ort-Steine* / qui a principio limitum vel in angulo , vel in confinio locorum ponuntur , & plerumque in fine eorundem collocati inveniuntur , per quos dignoscimus , quo termini isti tendant & monstrent , quibus opponuntur lapides reliqui & minores , qui inter principales insiti , nec ullis insignibus aut armis notata reperiuntur , ac concomitantes , secundarii & intermedii appellantur , germ. *Väusser*. Ottinger. de *Jur. Lim. c. 17. n. 7. & 8.* Pro mixtis lapidibus habentur , qui mixtam naturam obtinent , h. e. qui a duobus lateribus signa habent eines *Land-Steins* / in aliis vero requisitis omnibus , pro lapidibus decimarum reputantur , observante Rutger. Rulant.

(II) Di-  
visio.

Rulant. P. II. L. VI. c. 3. n. 241. His etiam annumerantur lapides tam publici quam privati, qui non solum duorum, sed etiam plurium fines determinant, & ita quoque mixtam naturam obtinere dicuntur. Rulant. c. l. (III) Alii lapides sunt Principales, <sup>(III) Divi.</sup> & Angulares Haupt-und Ecksteine / alii minores, concurrentes, secundarii & intermedii, Lauffer vocantur, quos in antecedenti divisionum membro, simul jam explicavimus. Ottinger. <sup>(IV) Divi.</sup> de fin. reg. cap. 6. & seqq. (IV) Alii lapides certi & indubitati, alii confusi, conturbati, & nonnulli lapides vulgares audiunt, bloße Feld-Steine. Rutger Rulant. P. II. l. 6. c. II. n. 1. Speidel in Spec. in voce Marck-Stein. n. 49. Myler. ab Ehrenbach in Metrolog. c. 14. §. 9.

§. VI.

Ratio nostri instituti exigit, ut nunc singulas cujuscunque membri lapidum species, distinctim contemplerur. Inter publicos primum locum occupant lapides Territoriales, qui etiam Domaniales, Land-Herrschafts-oder Grenz-Steine audiunt, olim nominibus dominorum, hodie vero eorundem armis & insignibus ideo notandi L. 2. C. de Frument. Alexand. Theod. Hoeppling. de Jur. Insig. cap. 10. n. 123. ut omnibus natura & qualitas horum innotescat, & cujusnam Principis & Domini territorium sit, constet, nec evellens ac commovens hujusmodi lapides, ullam in judicio de termino moto excusationem ignorantiz objicere possit. Rulant de Commiss. part. II. l. 6. c. 3. n. 27. & c. 3. n. 8. & 27. Insignia enim Principum Dominorum aut Civitatum aequae faxis limitaneis imponuntur, ac curiarum palatiis, civitarum praetis, valvis, templis, aliisque locis publicis. Sixtin. Consil. Marpurgens. 8. n. 38. vol. 3. Tileman. de Benignis decis. Cam. Syntag. 4. Decad. 4. n. 36. de quo signandi more ita Ottinger de Jur. Limit. c. 17. n. 14. scribit: Was die Land- und Oberkeits-Steine / die man auch Grenz-und Marck-Steine heisset / anbelangt / scheiden selbige die Länder / Fürstenthum / Herrschafften und Gebiet von einander / darinn sie auch mit

Explicatur nunc Lapidis publici Territoriales, Land-Steine.

mit der Herren Wappen bemercket / und gewaynete Stein  
genennet / und mit derselben zuthun und einhelligen Wil-  
len an denen Grenzen aufgerichtet werden.

S. VII.

(I) Jurisdic-  
tionales,  
Gerichts-  
Steine.

Ad lapides publicos pertinent secundò lapides Jurisdictionales, Gerichts-Steine / qui ad distinguendam & restringendam jurisdictionem adinventi & recepti putantur. Schilter. *Exercit. ad ff. tit. Fin. Regund.* Meacken. *cod. tit. in Tabul. ad. n. in fn.* Verba, quæ de his habet Ottingerus *de Jure Limit. l. l. c. 3. n. 10.* omnino huc referri merentur: So weit nun die Markung einer Stadt oder Dorffs reicht / so weit erstreckt sich auch desselben Gerichts-Zwang / daß der Richter des Orts über alle rechtliche Fälle / die sich darinnen zugetragen / ordentlich zu urtheilen hat. Qui lapides jurisdictionales quandoque Jurisdictioni circumseptæ limites & terminos ponunt, quandoque domino certorum bonorum, deren eigen und Güter-Herrn jurisdictionem in bona & possessores concedunt eousque, quousque limites lapidibus sunt designati. Faciunt huc quæ habet Samuel Stryck in *Dissertat. de Jurisdiction. circumsept. cap. I. n. 23. & 24. & seqq. Selectarum Dissert. Vol. I.* Tertiò publicis annumerantur lapidibus, lapides juris conducendi, constituentes quousque quis conductum sive jus conducendi habeat. Geleit-Steine

(II) Die  
Geleit-  
Steine.

welche das Geleit und die Geleits-Herrlichkeit in fremden Gebieten bemerken. Nam sæpius hoc jus conducendi quibusdam etiam in alienis territoriis, citra Superioritatis respectum ad certum eumque limitatum locum questum deprehenditur, ceu notat Diederic. *ad Aur. Bull. tit. 1. §. Præmissas*, verb. *ac etiam ultra.* Merkelbach ap. Klockium *Vol. I. conf. 8. n. 179.* Strauch. *Diss. Exot. Jur. publ. II. ebes. 2.* Ottinger *de Jure Lim. Lib. I. c. 17. n. 26. & 27.* in verbis: Die Geleit-Steine zeigen an / wie weit eines Herrn Geleitliche Obrigkeit reiche / und wie fern er auch außer seinen Land zu Geleiten habe / solche Herrlichkeit



keit wird mit ihren besondern Steinen angedeutet &c. und sind gewöhnlich Steinerne mit gesamten consens öffentlich aufgerichtete Creuz / daran der Geleits-Herren Wap-pen / samt der Jahr-Zahl und das Wort Geleit gehau-en / bisweilen setzet man auch an die Geleits-Gränzen hohe Steine oder Steinerne Seulen / oder hölzerne Bild-Stöcke / daran ebenmäßig der Geleits-Herren Wappen geheftet / die heiß man Geleits-Seulen. Quarto huc per-tinent lapides immunitatum, Freihungs-Steine; hisce deno-tantur loca, quibus vel jus Atyli vel singularis securitas, aut alia immunitas, contra hominum injurias est assignata, & signantur, sub voce: Freiheit / & sub notatione anni Domini; aliisque signis. Oetinger. c. l. n. 29. & seq. Sic quandoque loca pristinis pri- vilegiatis duellis sacra, die Kämpff-Plätze / lapidibus notata deprehenduntur, ceu ex Olao Wormio lib. I. cap. 10. monum. Danic. refert Just. Georg. Schotelius in singular. quibusd. Germ. jur. c. 28. n. 12. in verbis: Loca in quibus publice lites secundum regni Leges & constitutiones dirimuntur, Fora hic vocamus, nostratibus Ding. Ea in locis campestribus & apricis, vel etiam in sylvis & lucis, prope aras Deorum ex congerie grandiorum lapidum in quadrangulam aut ovalem figuram dispositorum ex- tructa cernuntur. Quinto lapides, quibus discernuntur termi- ni forestales Juris lignandi, non minus publicorum lapidum nu- merum augent. Ludov. Gilhaus. Arbor. Judic. c. 6. Part. II. art. II. §. 10. n. 7. Rutger Rulant. Lib. VI. c. 3. n. 20. Oetinger. Lib. I. c. 17. n. 37. ibi: wird auch der Forst und Forstliche Obrigkeit mit seinen sonderlichen Marcksteinen verziert / und die- selben mit der Forst-Herren Wappen an der Seiten und der Jahr Zahl / auch dem Wort: Forst / bemarcket. Sex- to huc spectant quoque Lapides venationum, Gilhaus. cit. loc. & Rutger. Rulant. cit. loc. nec non Otinger. eod. loc. in verb. Die Privat-Jagden belangend / da etwan ein Herr in einem fremden Gebiet / in einen gewissen Begriff die Jagt- Berech-

(IV) Die Freihungs-Steine.

(V) Die Forst-Steine.

(VI) Die Jagt-Steine.

B

Stein  
Wil-  
  
dictio-  
ndam  
cerci-  
d. n.  
vit. l.  
die  
er:  
rich-  
n zu  
dictio-  
minos  
eren  
fesso-  
dest-  
ertat.  
Sele-  
pidi-  
quis  
ines  
den  
ibus  
m ad  
ceu  
tiam  
Diff.  
e. 26.  
t ei-  
er  
lich-  
keit



Gerechtigkeit / oder das Mit: Jagen hergebracht / oder mit guten Titul inhat / sonst aber an der Forstlichen Obrigkeit nichts participiret / und seinen Theil daran hat / werden dieselbigen ebenmäßig zu Verhütung allerhand Mißverständnis / besonders von den Forst abgesteint / und der Bezirck mit Jagtsteinen vermarktet ; welche man aber nicht mit Wappen / sondern ohne Schild / mit bloßen Zeichen oder Nahmen der Herrn notiret / und durch die Untergänger sehen läßt.

§. VIII.

VII) Die Zehend: Steine.

Pariter septimo Lapides decimales Zehend: Steine / adductis hucusque publicis Lapidibus terminalibus, sunt conjungendi, potissimum usitati, si in uno districtu alicujus Universitatis vel pagi, decimandi jus plures inter dominos est divisum, quo casu singulorum tractus decimandi, lapidibus distingui solet. Rutger. Rulant *de Comm. miss. cit. loc. n. 20.* & Gilhauf, *cit. loc. n. 8.* Oetinger. *de Jur. Lim. Lib. I. c. 17 n. 37. & 38.* qui modum lapides istos notandi hunc in modum memorat, Die Alten haben solche / nehmlich die Zehend: Steine / auff dem Kopf mit einem Creutz / und an der Seite mit einem Kelch / anzudeuten / daß Sie zum Geisßl. Ampt gewidmet / signiret / wie man noch an theil Orten in Gerwohnheit hat. Andere pflegen der Zehend Herren Zeichen daran zu hauen / wie es nehmlich an einen jeden Ort herkommens ist.

VIII) Die Fuhr- und Markungs: Steine.

Octavo non minus horum publicorum lapidum numerum ampliand Lapides terminales ac Limitanei alicujus civitatis vel pagi aut Universitatis, districtum & bannum sive marcam tam dividentes, quam indiguitantes, quousque civitatis ac pagi jura commoda & emolumenta, in rebus quæ sunt Universitatis, ut jus lignandi, pascendi, glandis legendæ ac retractus exercendi, sese porrigat, Mark: Steine oder Markungs: Steine adpellati, nomen Civitatis plerumque comprehendentes. Oetinger. *cit. loc.* Licet hos lapides Rutger. Rulant. *cit. loc. n. 21.* & Ludov. Gilhauf. *c. l. n. 9.* ad privatos referant, tamen

tamen hos publicis justius adnumeravit Myler. ab Ehrenbach in *Metrologia cap. 14. n. 2.* Sicuti enim res signata non est in privatorum patrimonio, ita quoque inconueniens esset, ipsum signans, quod, ut accessorium eandem indolem & naturam, quam principalis res habet, induere putatur, alterius qualitatibus censere velle. *arg. L. 19. §. 20. ff. de Aur. & arg. legat.* Similiter huc referendi Lapidesc pascuorum, jus pecora agendi & pascendi connotantes. *Oeting. cit. lib. 1. cap. 17. n. 39.* in verbis: Hat offermahl eine Gemeind den Weidgang an unterschiedlichen Orthen / außserhalb ihrer Marckung zu besuchen / der ist mit seinen Steinen vermarckt / die nennet man Weid-Tratt-Steine / darau man gemeiniglich das Wort: Weid-oder Tratt / hauet. Schilter. *Exerc. ad ff. tit. fin. regund. Dn. Harprecht. Respons. Tubing. 91. n. 124. vol. ult.* Denique Lapidesc flumina, rivos, piscinas limitantes, nec non fodinas metallicas terminantes, non minus eatenus publicis hisce Lapidibus aggregandi, quatenus vel aquae vel fodinae notandae non in privatorum, sed publicorum ac Universitatis patrimonio existunt. Myler, ab Ehrenbach *Metrolog. c. 14. n. 2. & Oeting. cit. cap. 17. n. 43.*

(XI) Die Weid- und Tratt-Steine.

§. IX.

Lapides privati supra descripti, die Güter-Steine ideo iustitiam, ut quilibet scire possit, quousque praedia propria, aequae ac vicinorum se extendant, nec quisquam tempore messis vel vindemiae defraudetur. Speidel, *in Specul. Lit. M. verb. Marck-Steine.* Ludov. Gilhauf, *in arb. jud. p. 2. c. 6. p. 2. art. 2. n. 9.* Rutgers. *Rulant. de Commiss. p. 2. Lib. 6. c. 3. n. 2.* ac tot diversae species eorundem dantur, quot pene rerum, quibus notandis admoventur, existunt figurae, de his laudatus Oetinger. *Lib. 1. c. 17. n. 40.* ita differit: Zu Besteimung der Güther / welche man mit gemeinen Marcken / die man Güter-Steine nennet / unterscheidet / und obenher mit ihren Schlaiffen / dem Unter-Ziel nach / zeichnet / und durch die Untergänger mit Zeugen ordentlich bekräftiget. Myler, ab Ehrenbach, *de Me-*

Nunc lapides privati quoque enumerantur.

oder  
ichen  
hat/  
hand  
und  
man  
blo-  
urch  
  
uctis  
otif-  
decim-  
rum  
Com-  
Lib.  
mo-  
nd:  
mit  
ge-  
Bez  
Zet-  
Ort  
api-  
icu-  
sive  
atis  
In-  
tra-  
ar-  
om-  
nt.  
nt,  
nen



Quid sint  
Lapides  
communes  
vel mixti?

Quid sint  
angulares  
& Secun-  
darii.

trolog. cap. 14. n. 3. Lapidēs communes tam principales quam secundarios, & mixtos speciatim heic exponere necessum haud videtur, quia membra divisionis eosdem indicantia, supra jamjam adducta, illorum qualitatem affatim declarant. Hoc tamen Lapidibus angularibus sive principalibus & secundariis sive intermediis adhuc adjici meretur, quod Oetinger, de *Jur. Limit. l. 1. c. 17. §. 7.* de his refert: Darnach pfelet man insgemein diejenige Steine / welche man zu Anfange oder in ein Eck / oder andas Orth der Marckung setzet / Haupt-Steine / Eck- und Orth-Steine zu nennen / die andere / so mit einlaufsen / heist man Lauffer / die etwas klein / und nicht gewapnet seyn. Myler. ab Ehrenbach. *Metrolog. cap. 14. §. 3.*

## CAPVT SECVNDVM.

### Lapidum finalium diversam constitutionem insinuans.

§. I.

Ad Lapidēs  
constituen-  
dos requiri-  
tur a ias

(1)  
ut a Viris  
terminali-  
bus.

**A**D Lapidēs finales rite constituendos ac figendos, quo ab omni falsi ac fallaciæ specie tuti existant, primo exigunt, ut sint collocati a Viris Terminalibus, publica creatis & selectis, von denen Landschiedern / Umbgängern oder Untergängern. Rulant. de *Commis. p. 2. lib. 6. c. 4. n. 15.* Keller. de *Officiis Juridico-Politicis Lib. 1. cap. 2.* Qui ex eo ita sunt appellati, quod quotannis agrorum possessores cum hisce terminos agrorum circumire, & inspicere soleant. *L. 3. C. fin. reg. Lud Gilhaus. Arbor. Judic. P. II. c. 6. art. 2. n. 19.* De his ex Aggeno Urbico in *Sext. Jul. Frontin. in fin.* Mylerus ab Ehrenbach. in *Metrolog. c. 14. §. 9.* ejusmodi adducit verba: Die Untergänger sind erkiesete Richter / und geschwobrene Schied-Männer / welche die Marck-Stein setzen / und nachbarliche

liche Güter entscheiden / die heist man Stein-Seher /  
 Land-Schinder / und Umgänger / weisen sie die Marck  
 umgehen / und die Grenzen der Felder zu besichtigen pfer-  
 gen / so man auch Untergänger heist / dazu gemeinlich  
 drey oder vier auch etwan mehr / nachdem ein Orth Volk-  
 reich ist / aus dem Gericht / Rath und der Gemeine / alle-  
 zeit / wann mans haben kan / der Feld-Meß Kunst Erfahr-  
 ne / und Bau-verständige Werkmeister verordnet werden.  
 Nulli tamen extranei extra districtum limitatum, der Feld-Mar-  
 ckung / viri terminales habitantes, sunt adhibendi in collocacione  
 Lapidum, ad bona in districtu marcato sita distinguenda, sed ta-  
 les, qui intra isthunc tractum sunt domiciliati, nisi & hi extra-  
 nei quendam adhibendum satius duxerint, quo tamen casu ejus-  
 dem Magistratus in subsidium juris requirendus venit. *Otting de*  
*Fur. Limit. Lib. 1. cap. 17. n. 36. ibi:* Oder die Untergänger be-  
 gehren es selbst / so mag man alsdann wohl einen anege-  
 sessenen Untergang nehmen. Doch wann er einer ander  
 Herrschafft zugethan / so soll es allezeit mit Wissen und  
 Bewilligung der Anbseuthe geschehen / die den nächsten  
 zu protestiren haben / das dieser actus ihrer Herrschafft und  
 dero Ober- und Gerechtigkeit nicht präjudicial seyn solle.  
 Hunc in sensum accipienda sunt verba Rutger. Rulant. *cir. loc.*  
*quando ait: Insuper moris est, quod inter ejusmodi viros Ter-*  
*minales, unus ad hunc actum & inspectionem electus sit eligen-*  
*das, tribus milliaribus a loco controverso seorsim habitans.*

§. II.

Secundo necessum ducunt, ut positio taliam terminorum fiat, (11) adci-  
 citatis omnibus, quorum interest, partibus L. si quis 3. C. fin. tatis parti-  
 bus. *reg. L. Si irruptione L. 8. ff. eod. Afflic. Decis. 316. n. 4. Hieron.*  
*de Monte de Fin cap. 31. n. 4. eum in finem, ut quælibet pars sua*  
*causa merita in confinibus controversis, oculari inspectione præ-*  
*habita, proponere possit, secundum eam, quam sinit præfigu-*  
*rationem. Rutger. Rulant. p. 2. l. 6. c. 7. pertor, hic cap. 5. n. 9.*

n fe-  
 d vi-  
 jam  
 capi-  
 edis  
 7. 8.  
 nige  
 der  
 Eck-  
 auf-  
 ge-  
 quo  
 mo  
 lica  
 one  
 erit  
 15.  
 ica  
 sce  
 fin.  
 ex  
 en-  
 lit-  
 ed-  
 ar-  
 che

insuper id exposcit, quod ad lapidum finalium positionem etiam proxime prædia possidentes sint citandi, eorumque termini melioris informationis gratia inspiciendi. Hinc Oetinger *rr. de jur. Lim. cap. 17. n. 45.* ait: Es ist insonderheit zu wissen/ daß alle Stein-Satzungen mit Vorwissen derer Partheyen / die damit inereressiret seyad / und mit ihrer Einwilligung mißseu vorgenommen werden / sonst dieselbe nicht gültig / und an ihnen selbst nichtig seyad / auch von den Untergängern nicht angenommen / sondern cassiret und ausgeworffsen werden sollen. Anton. Guilhelm. Ertel. *Prax. Aur. de Jurisdic. inf. Civil. Lib. 1. c. 6. obs. 3.*

(III) Testis  
vis de notis  
adhibitis.

§. III.

Tertio non minus Lapidis hocse speciatim signo aliquo notatos esse volunt, nimirum cruce, litera, scissura, aut signaculo, ut veri à falsis facilius dignoscantur. Hieron. de Monte *de Fin reg. c. 19. n. 4.* Hinc ipsis, secundum hodiernum morem ubique fere receptum, tales notæ ut tesserae adjiciuntur, quæ indices, testes, ova, vulgo Marck-Zeichen / Steineyer / Beleg- oder Bemerkung vocuntur. Besold. *Thesaur. Pract. voc. Marck-Stein.* Nonnunquam loco istorum parvorum lapillorum substiterni solent Ziegelsteine / Kohlen / Gläser / Kalsch / Everschalen / Beine. De quibus Oetinger. *c. 17. n. 20.* ibi: Es gebrauchen etliche zu solchen Zeiten / Ziegelsteine oder Gläser / auch Kohlen / die man vor Alters für Marck- Zeichen zu rechten Marck-Steinen gehalten. Id quod etiam antiquis sæculis crebro usitatum fuisse perhibent. Paris de Puteo *de Finib. Feud. cap. 1. n. 21.* Hieron. de Mont. *cap. 19. n. 1.* Speidel. *voc. Marck-Stein.* atque Damhoud. *Pract. Crim. c. 127.* Ratio hujusmodi vitra, ossa, carbones & id genus alia supponendi Lapidibus, in perduratione & incorruptibilitate consistere videntur, ut lapides rerminales hæc signa pro testibus perpetuis, & indicibus quasi immortalibus haberent: Signa ista indices denominant, ideo, quod indicent & ostendant locum, quem signant.

Paris

Paris de Puteo *cit. c. 1. n. 21.* Testes vero, audiunt, quod Lapides finales rite positos testificentur, Hieron. de Mont. *d. 11. cap. 18. n. 1.* unde nobis hi lapilli, Zeugen nuncupantur. Rulant. *de Commiss. part. 2. lib. 6. cap. 3. n. 12.* Italis la Guardia, Gallis la Garde, sive les Garens. Fr. Marc. *p. 2. decis. 9. 416.* absque his signis Lapides pro vulgaribus, für Feld-Steine reputantur. Rurger. Rulant. *p. 2. l. 6. c. 2. n. 1.* Lapidibus terminorum dicta signa referentibus acquiescendum erit, licet partes, quæ litigant, eosdem non posuerint. *L. in finalibus. ii. ff. Fin. reg.* Oetinger. *Lib. 1. c. 17.* Quotnam vero testes ac lappilli, in lapidum finalium signatura sint adjiciendi, definitum quidem haud extat, sed id ex regionum more depromendum venit. *arg. L. 11. ibi: vetera monumenta: ff. Fin. reg.* Utut plures quam unum substernere communiter placuerit. Paris de Puteo, *de Fin. cap. 1. n. 21.* Hanc in rem Oetinger *de jur. limit. Lib. 1. c. 17. n. 9. & 13.* Etliche nehmen zwey / etlich drey Steinlein zu Zeugen / sonderlich zu denen Orth-Steinen / die sie aus einem breiten Stein oder Blatten voneinander schlagen / daß sich / wann man die selbe ersucht / die Stücke wieder recht zusammen fügen. Nec varietatis, ita varie signandi lapides terminales, alia ratio dari potest, quam quod collegia agrimenforum sint privata, ac modum signandi inter sese diversum ac secretum esse voluerint, ut eum, ob evitandas fraudes & dolosas mutationes, aliis pandere nefas ac perjurium duxerint. Oeting. *cit. cap. 17. n. 9. & 13.* ibi: Es kan keine gewisse Weise wie die Marck-Steine zu bezeugen / fürgeschrieben werden / weilien die Untergänger ihr privata und sonderbahre Collegia haben / und alles unter ihnen gar geheim halten.

S. IV.

Denique ad roborandam testimoniorum fidem, omnia circa <sup>(IV) sub</sup> constitutionem Lapidum horum gesta in instrumentum redigere, <sup>confessione</sup> & locum totum cum suo circuito terminis & confinibus adum- <sup>scripturæ ab</sup> brare solent. Hodie descriptio horum Lapidum in Libris publi- <sup>pestio fiat.</sup>

etiam  
ni me-  
le jur.  
B alle  
/ die  
muf-  
altig/  
egän-  
worf-  
Furit-

o no-  
aculo,  
n reg.  
ere fere  
s, te-  
oder  
darck-  
n sub-  
Eyer-  
es ge-  
oder  
darck-  
quod  
ris de  
n. 1.  
c. 127.  
nendi  
e vide-  
is, &  
deno-  
gnant.  
Paris



cis denen Lager-Büchern/deprehenditur. Oeting. *lib. 11. c. 19. l. 1.* ibi: und werden heutiges Tages die Güter und Marckungen mit dem Mees- und ihren Anstößern denen Lager-Büchern und Fertigungs-Brieffen einverleibet. Id quod olim apud Romanos per formas seu tabulas æneas factum observant ex *L. qui tabulam s. ff. ad L. Ful pecul.* Sane instrumenta & scripturæ ad id sunt inventæ, ut omnia perpetuæ memoriæ consecrentur. *L. 1. C. de Edict. Div. Hadr. toll. l. 4. §. 2. ff. de Cens.* nec non ut lites circa lapides exortæ hinc dirimerentur. *L. si irruptione s. ff. fin. Reg. L. in finalibus. eod.* Quod in istis Libris & documentis in denen Bezirck-Brieffen und Marckungs-Beschreibungen/ fundorum lapidibus signatorum mensura adscribi mereatur, præ cæteris cautela in modum notandum venit ex Illustris D. de Seckend. des Teutsch. Fürsten-Staats *Addit. ad Cap. 2. §. 20. in fin.* in verb. Es gehet aber der Vorschlag ins gemein und hauptsächlich dahin/ man solle die Fluhr oder Marckung nach ihrer natürlichen unveränderlichen Gelegenheit/ und nach dem Aecker und Rütchen Maß/ nicht aber nach blosser Ordnung der Persohnen/ oder Nahmen der Zumbohner und Besitzer beschreiben/ auch die Aecker oder Morgen alle mit einem gewissen Numero in der Beschreibung bemerken/ und wo möglich einen Grund-Riß verfertigen. Hinc est quod plerumque prædia cum suis limitibus, mensura & confiniis catastro & instrumentis emtionum venditionum inserta conspirantur, quandoque pacta super his incerta tabulis comprehenduntur, in iisque limites & termini positi cum omnibus circumstantiis late describuntur. *Speculat. tit. de Empt. §. sciendum. vers. item nota. n. 12. Paris de Pudeo tract. de fin. feud. c. 1. n. 16.*

Quid ex adductis requisitis circa Lapidis publicos observetur.

§. V.

Quemadmodum horum in Lapidum finalium constitutione præmemorata circumstantiæ communiter attenduntur, ita nunc discutiendum venit: Num etiam in omnibus supra adductis



Suis Lapidum figuris, ejusmodi requisita in eorundem positione *expendi-*  
 & collatione observari conveniat? Quantum itaque Primum *tur*  
 ad Lapidum publicos & speciatim Territoriales, die *Bann-Land-* *circa La-*  
**Grenz- und Obrigkeit:** Steine attinet, sane hi duntaxat utrius- *pides Ter-*  
 que Domini territorialis confinia habentis consensu figuntur. *ritoria-*  
 Oetinger. *de Jure Lim. L. I. c. 17. n. 15.* ibi: *les.*  
 und mit derselbigem  
 zuthun und einhelligen Willen an den Grenzen aufger-  
 richtet werden. Cum privati, auctore Pratore intercedente, seu  
 Magistratu se interponente ad id specialiter implorato, post  
 citationem partium, quarum interest, constituantur, adhibitis ju-  
 ratis agrimensuris, mit Zuziehung der gewöhnlichen Un-  
 tergänger, & notaminibus signaturæ Lapidum finalium alias so-  
 lem nibus ac solitis. *Rutger. Rulant. de Commiss. lib. 6. c. 3. n. 13.* ubi  
 ait: Quamvis autem possessoribus agrorum non negetur, secer-  
 nere vel palo vel saxo limites, tamen ut merantur auctoritatem  
 & fidem publicam, non nisi Centgravii auspiciis, per designatos,  
 Steinsetzer / ritu quodam, ut nimirum lapidi subdantur tesse-  
 ræ ac notæ, carbones & lateres, quæ ipsi inter mysteria referunt,  
 constitui solent. Hæc tamen requisita circa Dominales sive Ter-  
 ritoriales Lapidum collocandos vix ac ne vix quidem observantur:  
 siquidem agrimensores jurati, & Lapidum finalium testes, non  
 nisi ex arbitrio in eorundem positione usurpantur, si Domi-  
 norum territorialium insignia eisdem incisa vel insculpta, ac nu-  
 meros, annumque Domini quo constituti, referunt, & per  
 Commissarios & Deputatos rite collocantur. *Oetinger de Jur-*  
*Lim. Lib. 1. cap. 17. n. 19.* Etliche haben im Gebrauch / daß  
 sie keine Zeugen darzu legen / und halten dafür / daß sie  
 genug bezeugt / wann der Herrschafft Wappen daran  
 gemacht seye. Unde in facto consultus de hoc lapidum genere  
 scribit *Regn. Sixtin. Consil. Marp. 8. n. 38. vol. 3.* Lapidum quos  
 Domini Castris H. terminos esse asserunt, eorum non habere in-  
 signia, sed lapides esse vulgares. Mos enim in plurimis locis  
 C obfer-

.l. a.  
 stum  
 Bitt  
 olim  
 ut ex  
 oturæ  
 ntur.  
 e non  
 ione  
 men-  
 brei-  
 erea-  
 ultris  
 Cap. 2.  
 s ge-  
 oder  
 Sele-  
 nicht  
 men  
 ecker  
 Bes  
 Dis  
 imiti-  
 ven-  
 inita  
 ni po-  
 rit.  
 ract.  
 ione  
 pe ita  
 addu-  
 Etis

observatur, etiam hodie, maxime in finibus territoriorum Principum, quod insignia sua, quo fines eorundem cognoscantur lapidibus insculpere jubeant. Tileman. *de Benign. Decis. Cam. Syntag. 4. Decad. 4. vol. 4. n. 36.* Sarius tamen judicat modo laudatus Oetinger. *cit. loc. n. 20.* nec in horum constitutione removere agrimensores, nec alia lapidibus finalibus alias consueta signa negligere, quæ deletis & abrasis fortean insignibus, utique de qualitate Lapidum testari valeant, in verbis: **U**ber der sicherste Weg ist, daß die Steinsezer zu selbigen ordentliche Steinelein und Zeugen legen / auch oben auff dem Kopff mit einer Schlaiffen bemarcken damit man sehen könne / wie sie dem Unterziel nach aufeinander weisen. Sicuti autem constitutio Lapidum privatorum in Libris & Documentis consueta, in denen Marckungs- und Läger- Büchern / notatur, ita quoque ejusmodi lapidum territorialium communi voluntate facta positio, scripturis rei gestæ fidem facientibus, quas Grenz-Recess, Verträge oder Vergleiche nominant, inferenda venit, quæ postmodum cujusvis Domini Territorialis archivo conceduntur asservandæ, sie werden denen Grenz-Sachen beygelegt. Conf. Illustris Dn. Zeit Ludwig von Seckendorff in seinem Fürsten-Staat p. 2. cap. 7. §. 6. n. 1. ibi. Die Grenzen des Landes / wie sie von Alters her gestanden / oder durch Verträge mit denen Benachbarten eingerichtet / zu erhalten &c. & paulo post: Wenn es zum Vergleich kommet / werden die darzu geordnete fleißig unterrichtet / wie sie eigentlich handeln sollen / insunderheit / daß die Grenzen des Landes / und deren Anhänge / auff deutlichste gezogen / von andern Particular Marckungen / dadurch etwan blosser Gerichts-Zwang / Zoll / Trift / Jagt / oder Eigenthumb bedeutet wird / wohl unterschieden / auch mit wahrhaften Stücken / als beständigen kundbahren Hülsen / Bergen / Rainen / Steinen und nicht mit vergänglichem Gräben abgezeuget / und über dem allen deut-

deutliche Verträge und Vergleiche aufgerichtet. Hæc omnia ad circumspiciendam Territorialium Lapidum collocationem heic adducere, non abs re nobis fuit visum.

§. IV.

Pariter Lapidés finales jus conducendi designantes, citra Circa Lapides interveniendum juratorum agrimensorum, derer Untergängiger oder Stein-Geßer/figuntur, sola pactione & consensu eorum Dominorum, quorum interest circa jus conducendi. Oeting. de jur. Lim. Lib. I. c. 17. n. 27. in verb. Solche Herrlichkeit wird mit ihren sondern Steinen angedeutet / aber nicht durch die Untergängiger vermarktet / sondern die interessirte Herrschafft vergleichen sich selbst miteinander / und lassen mit gesanten Consens Geleit-Steine öffentlich aufrichten/ sub insignibus & anno Domini ac voce: GLEIT. Sed tales non nisi omnium, quorum interest, consensu, collocari solere recte monuit Oetinger. c. l. Quare Dominum juris conducendi, si potissimum hoc in alieno Territorio habeat exercendum, citra istius Territorii Domini consensum concurrentem, ejusmodi Lapides constituere haud posse, omnino censendum, ne huic præjudicium fortean cretur. Eundem fere notandi modum remos quoferunt Lapides immunitatum, die Freyheits-Steine / quando nec hi, adhibitis agrimensoribus juratis, ponuntur, sed desinimunitatum solius Domini Territorialis ordinatione collocati, omnem pactionem & conventionem cum, aliis heic subeundam respuunt. Oeting. cit. loc. Die lästet die Obrigkeit des Orths ihrem Belieben nach / und nicht eben durch die Untergängiger aufrichten. Sicut enim circa privilegiorum constitutionem sola privilegiantis voluntas spectatur, ita quoque in hac immunitate lapidibus designanda, ea sola attendi meretur. arg. L. 1. ff. de cons. princip. Idem sentiendum est de Lapidibus Forestalibus, Lapides Forestales qui pariter, absque interventu aliarum personarum, solius Domini sylvæ voluntate ac commissione, per Deputatos ejusdem constituuntur, incisis vel insculptis insignibus, Anno Domini & voce.

rinci  
ur la  
Sym-  
auda-  
emo-  
signa  
ue de  
berste  
tein-  
einer  
ie sie  
con-  
ueis,  
, ita  
te fa-  
senh-  
la ve-  
con-  
bey-  
dorff  
ren-  
urch  
chal-  
ret /  
ie sie  
rken  
zezo-  
wan  
Si-  
mit  
stuf-  
ver-  
llen  
ent:

VORST, adeo ut nec foliti quidem agrimensores, necessario, uti alias sint adhibendi, nisi & hos adsumere majoris circumspeditionis ac securitatis esse putetur, cum laudato Oeting. *cit. lib. 1. cap. 17. n. 33* ibi: Welche bißweilen die Vorst-Herrn für sich selbstn setzen lassen / aber es ist viel behutsamer und sicherer / daß mans durch den Untergang verrichten / und ordentlich bezeugen lasse.

§. VII.

Quid circa  
Lapides  
venatio-  
num obti-  
neat quo-  
que tradi-  
tur,

Lapides tamen venationum, ad secernendos venandi di-strictus ponuntur consensu eorum, quorum interest, interceden-  
re, absque tamen insignibus, sed non sine agrimensores ad-  
hibendis Oeting *de jur. Limit. L. 1. c. 17. n. 34.* Und der Be-  
trieb mit Jagt-Steinen vermarktet / welche man aber  
nicht mit Wappen / sondern ohne Schild mit blossen Zei-  
chen oder Rahmen der Herren notiret / und durch die Un-  
tergänger setzen lässet. Jus enim venandi ex singulari titulo &  
concessione in alieno territorio quaesitum, nullam Superioritatem  
importat, & incilio insignium, alicujus dominium arguere ple-  
rumque solet, ita, ut cujus sunt insignia ejus quoque sit territo-  
rium, nisi insignia ad aliud jus indigendum insculpta vel incisa  
manifesto adpareat ac constet. Theod. Hoeping. *de jur. insign. cap. 13. n. 108.* Wesenbec. *Consil. 21. n. 68.* Fr. Marc. *par. 1. dec.*

Mos lapi-  
des collo-  
candi di-  
strictuum  
Civ. &  
villarum,  
indigita-  
tur,

q. 98. *in fin.* Hieron. *de Monte de fin. reg. cap. 75. n. 17.* Parili-  
modo proceditur circa lapides civitatum, pagorum & villarum  
districtus designantes, ponendos, mit Setzung derer all-  
gemeinen Fluhr und Feldmarkungs-Steine; uti non nisi  
adhibitis vicinis, ac speciatim juratis agrorum mensuris collo-  
centur, sub adposito civitatis vel pagi nomine & anni Domini ex-  
pressionem. Oeting. *cit. loc. n. 35.* Die werden durch die Unter-  
gänger selbiger Stadt oder Dorffes / doch allweg mit  
Zuziehung des benachbarten Untergangs der angrenzenden  
Gemeine auffgericht / und die Haupt-Steine mit der  
Stadt Flecken oder Dorffs Rahmen / auch der Jahrzahl  
bezeugt.

bezeugt. Hic extranei agrimensores sunt requirendi, cum ta-  
men regulariter extranei alias non adsumantur, in lapidibus, in-  
tra districtum limitatum, innerhalb der Marckung/constituen-  
dis. Oeting. cit. loc. n. 36. Similiter Lapides decimandi non sine *Lapides*  
consensu decimas percipientium, ac interventu agrimensorum *decimandi*  
ordinantur. Oeting. cit. cap. 17. n. 38. Und zu Unterscheidung  
desselben durch den Untergang Zehend-Steine gesetzt.  
Ejusmodi ritus etiam circa positionem Lapidum compascuorum,  
der Weid oder Tratt-Steine / observandus venit, secundum *Modus la-*  
sapius adducti Oetingeri cit. loc. n. 39. verba : Daran man *pides pa-*  
gemeiniglich das Wort : Weid oder Tratt / hauret ; und *scuorum*  
zu deren Setzung ebenmäßig den Untergang gebrauchet. *ponendi.*

## S. VIII.

Sicuti circa Lapidum publicorum Domanialium sive Terri- *Scripturis*  
torialium novam constitutionem, scripturarum confectioem *ac Instru-*  
in futurum tempus de eisdem Lapidibus testantium necessariam *mentis La-*  
supra duximus, ita non minus in ceterorum hucusque adducto- *pidum pu-*  
rum publici generis Lapideorum terminorum ordinatione, li- *blicorum*  
terarum finalium monumenta adhibenda esse, ipsa rerum indi- *positio con-*  
gentia ac utilitas exposcit, ut rectitudo istorum finium ac fides *credenda.*  
non solum ex appositione lapillorum aliarumque tesserarum, sed  
& pariter aliis ex probationum argumentis, vulgo denen Grenz-  
& Beschreib- und Handlungen / Bezirel- Brieffen / magis ma-  
gisque innotescat ac confirmetur. Mascard de Probat. concl. 394.  
n. 1. Zaf. *Consul.* 16. n. 3. Dn. Myler. ab Ehrenbach. in *Metrolog.*  
c. 14. n. 2. Dn. de Seckend. in *Teutschen Fürsten- Staat Lib.*  
2. c. 7. S. 6. n. 1. ibi : Durch Verträge mit denen Benach-  
barten getheidiget und eingerichtet. & paulo post, ibi : als  
beständig im Kundbahren / Flüßen / Bergen / Reinen /  
Steinen / und nicht mit vergänglichhen Gräben / Bäu-  
men und dergleichen abgezeichnet / und über dem allen  
deutliche Verträge und Vergleiche auffgerichtet. Anton.  
Guilm. Ertel in *Aur. Prax. de Jurisdicct. infer. Lib. 1. cap. 6. obf.*  
3. in fin.

Privato-  
rum Lapi-  
dium posi-  
tio quomo-  
do fiat.

Perspectis eis, quæ circa figendos publicos lapides subinde speciatim observantur, nunc etiam ratione collocationis privatorum lapidum, **der Güter-Steine** venit disquirendum. Num possessores agrorum & arborum, eodem propria auctoritate, cum consensu tamen eorum, quorum interest, sed sine præseitu Domini Jurisdictionalis, possint terminos sibi figere & refigere: Sane quod talis privata positio terminorum fieri possit, asserendum quidem est, dummodo viri terminales, vulgo die geschwohrne und von denen Gerichts-Herren niedergesetzte Feldmesser/ adhibeantur, id quod juri communi haud adversatur, *L. successionem 2. C. Fin. Reg. L. in finalibus. 11. ff. eod. ibique Brunnem. n. 2. Gothofred. ad L. 2. C. Quilibet enim rei sui moderator & arbiter est L. 21. Mandat.* potissimum si præjudicium vicini, aut domini superioris, non concurrat, uti heic ubi, loco Domini jurisdictionalis, viri terminales negotio assistere censentur, id quod nec in Saxonia improbatum memorat Carpz. *J. P. p. 2. Consil. 41. 17. in verb. daß von denen Unterthanen Grunberd wegen Marckstein-Setzung einige Straffe nicht indge genummen werden.* Id quod uberius ex Halbritter. *de Fin. Reg. Lib. 2. cap. 18. & aliis confirmat Ertel. cit. lib. 2. c. 6. obs. 8.* Verum enim vero, quamvis agrorum possessoribus non denegetur, hos secernere palo aut saxo, testibus aut lapidibus quibusdam suppositis, & viris terminalibus, ceu iivimus assertum, adhibitis, uti post Joan. Bonif. *de Furt. §. 9. n. 80. monet Myler. in Metrolog. cap. 14. n. 2.* Tamen, ut fidem & auctoritatem publicam, hi Lapidis privatorum habeant; requiritur omnino, Magistratus competentis auctoritate, per dictos viros designatos, die Stein-Setzer / ut constituantur ac ordinentur, Mascard. *de Probat. concl. 400. n. 2.* Oeting. & post Laurent. Calcan. *Consil. 90. n. 7. & 15. Myler. in Metrolog. cap. 14. n. 3.* Hoc potissimum hodie eis in locis est necessarium, ubi limites & lapides privatorum agrorum & bonorum, certis Libris publicis, denem Erb-Saal und Läger-Büchern/ inferi debent,

de

de quibus Dn. Veit Ludwig von Seckendorff in Teutschen Fürsten-Staat in *Addit. cap. 2. in fin. §. 10.* hunc in modum scribit: Damenhero fast gantz Teutschland beschäftiget worden die Erb Saal oder Lager-Bücher/ der Flecken/Dörffer/ Weiler und Höfe zu erneuern. It. Was nun die Erb- oder Saal-Bücher anbelangt / deren Art und Modellen sind allenthalben bekandt / und von keiner sonderbahren differenz, jedoch siehet viel darauff / daß der Herrschafft Zins und Lehenbare Stücke also benahmet und beschriben seyn / daß man die Lager und Situation, auch in Mensur oder Größe des Feldes / Ackers und Morgens daraus finden könne. Illa etenim publica adnotatio fieri posset vel minime, nisi etiam officio loci Magistratus intercedente susciperetur dicta Lapidum collocatio.

f. X.

Cujus nam autem Magistratus auctoritate & consensu ista Lapidum finalium positio fieri debeat, non minus hæc perpendere juvabit. Nam quidam curam Lapidum horum finalium figendorum ad Centenam referunt, quas interest Rutgers Rulant. p. 2. Lib. 6. cap. 3. n. 13. ubi centi gravii auspiciis eam in situendam tradit, cui ad stipulari videntur ea, quæ Caspar Leopold. d. concurrent. Jurisd. q. 12. hanc in rem adducit, quando ait: Zur Hohen Zeit referuntur, Marktungs-Sachen Markt-Stein ansgraben/ sich auch heben. Quidam vero isthanc lapidum collationem jurisdictioni inferiori accensendam autumant, ut Ertel. de Jurisdic. inf. Lib. 2. cap. 16. observ. Alii Superioritati eandem tribuunt, Myler. ab Ehrenbach in Metrolog. cap. 14. n. 3. Nos vero distinguendum esse exputamus: Num quæ de Lapidibus finalibus publicis & illis, per quos Territoria & jura Superioritatis aliæ Regalia ab invicem segregantur, an vero de terminis privatorum prædiorum figendis duntaxat agatur. Priori casu certum est, talium lapidum positionem ad eum cui Superioritas ac Regalia competunt, spectare, siquidem hic sui

Cujusnam Magistratus auctoritate fiat Lapidum positio, Alii cente ne Domini consensum. Alii vogteie vulgaritate. Distinguedum inter publicos & privatos Lapidum. Publicos Dominus Territorii vel Regal. erigit.

ubinde  
privato  
Num  
ritate,  
scitu  
figere:  
fferen-  
wohr-  
dmef-  
succes-  
nem.  
& ar-  
i, aut  
i juris-  
quoo  
st. 41.  
egen  
tomz  
2. cap.  
vero,  
rner  
x viris  
Bonif.  
men,  
m ha-  
itate,  
antur  
x post  
v. 14.  
limi.  
s pu-  
bent,  
de

territorii ac jurium custos ac defensor existi, *arg. L. 2. §. 13. ff. de O. F. L. 1. §. 12. ff. de Off. Praef. Urb.* Knipschild. *de Civit. Imp. Lib. 1. c. 12.* Gylman *lib. 1. Decis. 1. n. 24.* Huc faciunt verba: Oeting. *de Fur. Lim. cap. 17. n. 47.* Die Stein: Satzung oder Land: Scheidung hangen der Hohen Landes: Obrigkeit an/und hat ein jeder Herz in seinem Land und Gebieth allein Macht/ Marck: Stein zu setzen/ die Untergänger zu führen/ und keine Ausgesessene zu zulassen und werden solche Anstalten unter die actus jurisdictionales, oder Obrigkeitliche Handlungen/ gezehlet. Idem paulo post: Wo auch die Land: Obrigkeit von der Malefizischen und Zeitbarlichen Obrigkeit abgesondert/ und zweyen unterschiedlichen Herren zugehörig/ so hat doch der Cent: Herz über die Stein: Setzer nichts zu gebiethen/ sondern sie sind dem Herrn des Lands unterworfen. Myler. ab Ehrenbach *in Meteorolog. cap. 14. §. 18. n. 3.* Posteriori vero casu, si privatorum praedia lapidibus marcanda veniunt, horum positionem, curam & inspectionem ad dominum jurisdictionis inferioris, si haec cuidam in districtu a Domino territoriali concedita exercenda, pertinere arbitramur cum Bidembach. *quest. nobil. ult. wehn. Obs. pract. voc. Bog: tey.* Camill. Borell. *Conf. 201. Ertel. de Jurisd. infer. Lib. 1. cap. 6. obs. 1.* Unde Klock. *Gonsil. 10. n. 489. vol. 1.* jus dirigendi fines partem jurisdictionis esse tradit. Ex quibus omnibus constat ad centenam omnigenam & non restrictam, die Marckungs: Sa-

Privatos  
vero Do-  
minus Ju-  
risdictio-  
nis.

Delicta  
quaedam  
circa La-  
pides ad-  
missa cen-  
tena co-  
ercet.

chen/ eatenus pertinere, quatenus aliquid circa lapides admissum, quod per se & sua natura ad hujus centenae omnigenae cognitionem & animadversionem spectat, cujusve poena sese vel ad membrorum, vel ad corporis cruciatum & afflictionem extendit, secundum *Ord. Crim. art. 114.* verba: Welcher bößlicher und gefährlicher Weiß eine Unter: Marckung/ Reinigung/ Wahl oder Marck: Stein verrueckt/ abhauet / abthut oder verändert / der soll darun peinlich am Leib nach Gefährlichkeit / Größ / Gestalt und Belegenheit der Sachen und Per:



Person/nach Rath gestrafft werden. Conf. Carpz. Prax. Crim. p. 3. q. 109. & q. 83. n. 67. Hinc Leopold. de concurrent. jurisdict. q. 12. ad centenam refert die Marckungs-Sachen / nehmlich die Marck-Steine ausgraben und sie auch heben. Quæ sanæ facta, si doloso animo fiunt, utique criminalem coercionem important, secundum Ord. Crim. art. 114. Ant. Matth. de Crim. Lib. 47. ff. tit. 14. cap. 2. n. 2.

§. XI.

Investigato JUDGE, in collocacione Lapidum privatorum competente, nunc quoque partes ejusdem officii circa eandem, potissimum si parces de confiniis disceptant, veniunt paucis indigitanda verbis. Primo enim hic inquirere debet de possessione, quantum scil. in præsentis quis possideat, heic dicitur satis probata possessio, eo quando quis fecit seminari, arari, & coli agrum. Bartol. L. qui univ. s. 30. §. quod per colonum. s. ff. de acquir. poss. Deinde in dagare tenetur proprietatem. Das Eigenthumb / was ein jeder desselben Orths eigenthümlichen berechtiget. Quantum nempe quis juris habet, tantum etiam limitatum possidere debet. Postea mittat agrimensorem, qui metiatur, quantum minus habet actor, quam habere debet, & quantum quilibet jam possidet, & si opus est, etiam ipse judex in rem præsentem se conferat, oculisque suis subjectis locis, partes audiat in loco, de quo est quæstio. L. 8. §. ad officium. ff. Fin. reg. L. 3. C. eod. Et ita cognita causa tam in possessorio quam peritorio, tandem definiat, quantum ad quemvis spectet, ac ponat terminos in confiniis, aliquando novos, aliquando vero veteres, avulsosque reponat, ac corroboret, nec non mandet eisdem perpetuo stare. Schneidew. ad §. 20. J. de Act. n. 21. per tot.

Officium judicis in actu possessionis nonnihil describitur.

CAPVT TERTIVM.

De Elevacione & Conservacione Lapidum finalium.

D

§. I. Cum

ff. de  
p. Lib.  
eting.  
Land-  
n/und  
allein  
föh-  
solche  
ittliche  
ch die  
lichen  
Her-  
Brein-  
en des  
ap. 14.  
is mar-  
ad do-  
a Do-  
ramur  
Bog-  
i. cap.  
i fines  
lat ad  
Sa-  
iffum,  
gnitio-  
mem-  
it, se-  
r und  
ung/  
t oder  
fabr-  
n und  
Perz.



S. I.

Lapidum  
obscuratio.

**C**Um autem sapius dicti Lapidus terminales vel aquarum inundatione, vel belli calamitatibus intercedentibus, ac lapsu temporis, amissis potissimum scripturis deluper confectis, obscurati, obfuscati, vel ad minimum ignorati existant. *L. f. ff. Fin. Reg. cap. longinquitate. caus. 12. q. 2. cap. ex literis. X. de Probat. Petr. Georg. Tholos. in Syntag. Fur. lib. 39. cap. 13. n. 11. Illustris Dn. de Seckend. in addit. des Teutschen Fürsten Staats cap. 2. in fin. §. 20. Imo lapides senescentem, vitam & mortem patiuntur, & parere eos dixit Theophrastus Mutianus, referente Plinio lib. 3. c. 18. Unde senio confectus magnes non protrahit ferrum. Gard. lib. 7. subtil. Et licet quidam lapides nec vivere, nec ali dicant, tamen eos senescere concedunt, non quod illis deficiat vita, sed quod materia illorum vel dissolvatur vel corrumpatur. Rutger. Rulant. de Commiss. P. 2. Lib. 6. cap. 4. n. 12. Quare non existunt non circa hos Lapidus haud leves ambiguitates, quas per eorundem elevationes, ei quorum interest, dirimere satagunt, per commissiones hanc in rem petitas, ad tollendos nimirum & inspiciendos lapides, zur Besichtigung der Markt-Lands- und anderer Steine. Rutger. Rulant. cit. loc. n. 1. l. 1. Ludw. Gilhaufen in arb. Jud. p. 2. c. 6. art. 2. §. 20. n. 12.*

Circa ob-  
scuros &  
ambios ob-  
servatur  
elevatio.

S. II.

Commissio  
ad elevatio-  
nem decer-  
penda.

Ad elevationem Lapidum nostrorum cujuscunque generis, plerumque commissiones decernuntur, quæ sunt vel extra judiciales vel judiciales. Illæ sunt, quando vicinorum Dominorum consensu & voluntate, citra judicalem auctoritatem, certi deputati, ab eis quorum interest, ad vilitationem & repositionem lapidum, publicorum potissimum, mittuntur, & tractatus & conventiones idcirco ineuntur. Illustris Dn. de Seckend. in Teutschen Fürsten Staat part. 2. cap. L. 7. §. 6. n. 1. Hæ autem a judice vel ex officio vel ad petitionem partis constituuntur. Ex officio, quotiescunque videt in lapidum sublacione & repositione plurimum esse

esse

esse situm. Ad petitionem partis verò, si una cum testium examinatione oculari inspectioni clausula lapides tollendi aut reponendi annectitur. Hoc posterius accidit iterum vel ordinarie, cum terminus probandi venit, vel extraordinarie ad perpetuam rei memoriam. Ludov. Gilhaus, *in arb. judic. p. 2. c. 6. art. 2. §. 10. n. 12. & seqq.* Quamvis enim ratione hujus commissionis ad perpetuam rei memoriam decernendæ, dubitari posset: num heic eidem locus sit dandus, cum talis aliàs non nisi certis de causis admittatur, præsertim ob senium & adversam valetudinem testium; & in aprico aliàs sit, lapides nunquam mori, nunquam ærotare, ac interire. Deinde notum est, substitutionem aut reparationem lapidum proprie ad iudicium finium regundorum spectare, unde nec illa prius suscipienda, antequam iudex cognoverit, de iuribus partium, partem alteram citaverit & audiverit, quo facto demum, curat aliquid fieri per agrimenforem. *arg. L. i. ff. de Except. rei judic. Commissio autem ad perpetuam rei memoriam fit citra hanc cognitionem, ad unius partis implorationem.* Verum hisce non attentis, recte quandoque talis ad perpetuam rei memoriam commissio, etiam in elevandis lapidibus decernitur, cum & hi senescere, turbari, ac mutari possint. Rurger. *Rulant. de Commiss. p. 2. lib. 6. c. 4. n. 9.* Nam ejusmodi terminos finales variis modis confundi & alterari constat, veluti aratione, fluminis irruptione, everfione, chasmate, terræ motu, motione, vel superveniente alia confusione. Petr. Georg. Tholosan. *in Synt. ag. jur. Lib. 29. cap. 13. n. 11.* Myler, *in Meteorol. cap. 14. §. 9.*

§. III. Commissio ad elevationem decreta, ordine porro proceditur: Commissarii enim tres præcipue personas præsto esse; per citationem jubeant, nimirum producentem, partem contra quam, & peritos. Hæc citatio, cum quâ copia commissionis mittenda, contineat terminum, sed non ita longum, quemadmodum in testibus examinandis desideramus, cum hic non opus sit, exhibere

Num ad per  
petuam rei  
memoriam  
elevati o  
feri possit

Quomodo  
quomodo  
quomodo  
quomodo  
quomodo

Citatio ad  
Lap. am  
elevatio-  
nem.



varia interrogatoria. Gilhauf. *in Arb. jud. p. 2. c. 6. art. 2. §. 10. n. 17.* Ejusmodi citatio ad partes ideo emanat, primo ut partes videant jurare peritos, si quidem in praesentia partium jurandum est. Dein ut adhiberi possit adjunctus, qui cum Commissario relationem Agrimenforum ac artificum scribat, postea ut, si aliquid contra personas peritorum opponendum est, id coram Commissario faciat, eosque tanquam suspectos recuset. Nec minus agrimenfores, die Land-Schieder und Umbgänger / veniunt vocandi. Ludov. Gilhauf. *cit. loc. n. 19.* In his tamen citandis diligenter cavendum, ne a loco controverso nimis longe remoti adhibeantur. Quot fere sunt districtus, tot etiam sunt in signandis lapidibus diversitates, ne ergo partes hoc ipso fraudentur, dispendium est Commissario, ut proximos quosque adsumat. Rutger. Ruland. *de Commiss. p. 2. Lib. 6. cap. 5. n. 91.*

Quomodo  
proceden-  
dum ante  
Elevationis  
actum.

Partibus adcitatis comparentibus: Primum fit legitimitio. Hac facta secundo pars producens petit, ut Lapides leventur, & Agrimenfores juramento adstringantur. Postea contra peritos hos saepius ab adversa parte excipitur, eosdem esse partiales, hac partialitate deprehensa, in continenti ut suspecti agrimenfores removentur, & in eorundem locum alii substituantur. Francisc. Marc. *decis. 179. n. 3.* Sin autem discussio hujus exceptionis sit altioris indaginis, remittitur ea ad judicem. Imo quandoque postulatur, ut periti jurato deponant: an aliquando lapides sustulerint, ac in pristinum statum repofuerint, & antiquis signis signarint necne. Rutger. Ruland. *de Commiss. p. 2. c. 6. n. 9.* Eo facto, praesentatur adjunctus, & ut is juramento adstringatur, petitur, si subditus partium, relaxatur. Pars impetrans de partialitate adjuncti pariter conqueritur, quae si incontinenti verificatur, adjunctus removetur, sin minus, ad jurandum admittitur a Commissario. Gilhauf. *in Arb. jud. part. 2. cap. 6. art. 2. §. 10. n. 21.*

§V.

S. V.

Modo adductis præludiis Commissionis actum antecedenti-  
 bus expeditis, ad locum controversum fit accessus; eo ubi ven-  
 tum erit, est primò Commissarii monere artifices, juramentum  
 que antea præstitum rursus eisdem inculcare. Partes etiam  
 accessu non prohibebit, licet enim duntaxat advivendum jurare  
 peritos illæ vocatæ censeantur, & sic earundem præsentia sese  
 ultra extendere haud videatur, tamen earundem erit admo-  
 nere Commissarios, ne vel quidam lapides, in petita elevatione  
 omittantur, vel plures, quam articulati sunt, inspiciantur. Si  
 enim contra fiat, protestari, sicque jus suum salvum retinere pos-  
 sunt. Rutg. Rulant. *de Commiss. p. 2. c. 7. n. 7.* Porro partis produ-  
 centis ejusque mandatarii est, agrimenforibus lapides tollendos  
 monstrare. Occurrente in ipsa elevatione dubio, id statim inter-  
 locutione dirimendum. Si & partes nimis prope ad Lapides acce-  
 dant, ita sunt arcendæ, ut longo intervallo Partes a loco eleva-  
 tionis contemplantur. Rulant. *cit. loc. n. 9.* Commissarius pariter  
 sex vel septem passus à loco inspectionis cum adjuncto vel scriba  
 consistere, actumque intueri potest. In ipso porro elevationis  
 actu diligenter & ante omnia inspiciat Commissarius qualia Lapi-  
 des habeant signa externa. Rulant. *c. l. c. 8, n. 5.* & id quoque ani-  
 madvertat, si multi sunt lapides tollendi, ut apud unumquem-  
 que relationem summariam exigat, eamque annotari curet. Nul-  
 los insuper omittat tollere & levare qui sunt articulati. Ludov.  
 Gilhauf. *arb. jud. p. 2. cap. 6. §. 10. n. 23.* Nisi id fiat ex consensu  
 partium, potissimum agrimenforum assertionem, se hos vel illos La-  
 pides non ita pridem inspexisse & sustulisse, acquiescentium, aut  
 una pars elevationi pro se suscipiendæ renunciet. Rutger. Rulant.  
*de Commiss. p. 2. cap. 10, n. 3. §. 12.*

*Procedendi  
 ratio in ipso  
 Elevationis  
 actu.*

S. VI.

Quod si tamen lapides magni sine signis, ob hoc Evener/ inventi  
 fuerint, an hi in pristinum locum reponendi veniant, non im-  
 merito disquiritur. Agrimenfores quidem id negligunt, quia hi

*Quid faci-  
 endum, se  
 lapides ma-  
 gni sine tes-  
 tibus in ele-  
 vatione de-  
 lapsi præter-  
 missi?*

D 3

10. n.  
 res vi-  
 um est.  
 elatio-  
 aliquid  
 amissa  
 agri-  
 ent vo-  
 illigen-  
 i adhi-  
 dis la-  
 dispi-  
 urger.  
 itima-  
 es le-  
 a con-  
 esse  
 specti  
 itium-  
 hujus  
 Imo  
 quando  
 x anti-  
 . 2. 6.  
 to ad-  
 rs im-  
 si in-  
 ad ju-  
 . 2.  
 §. V.

lapides destituuntur suis notis & tesseriis, per quas lapides succum & sanguinem, robur ac firmamentum capere opinantur. Sed affirmativa non sine fundamento tuenda est, ac repositio istorum Lapidum jubenda, etiam reluctantibus agrimensoribus. Nam Lapidese hosce aliquando signatos fuisse, nunc vero dolo & alia ratione corruptos esse, ejus rei testes fidem facere possunt. Ne ergo in futurum, ratione lapidum plane ejectorum denotatio terminorum tollatur, in pristinum statum sunt collocandi, cum in antiquis probatio confinium etiam juramento reddatur. *Parif. Consil. 27. n. 16. lib. 1.* Maxime si testes pro ratione scientiæ, quam in materia finium requirit *Farinac. de oppos. cont. test. q. 20. n. 86.* deponunt, hos lapides semper habites pro limitibus. *Parif. de Puteo tr. de Fin. cap. 14. n. 5.* Hieron. de *Mont. de Fin. c. 5.* Imo Lapidese non solum ex adpositione finium, sed & ex instrumentis ideo conscriptis, aut Libris, aut *Denen Grenz-Vertrag-Fluhr-und Marckungs-Büchern/ auch Bezirck-Brieffen/* ostendi ac demonstrari possunt, *Maleard. de probat. concl. 395. Natta Consil. 104. n. 3. & Rulant. de Commiss. p. 2. cap. 11. n. 3.*

§. VII.

Si Lapidese elevati fracti & corrupti, quid obtineat?

Pariter si Lapidese elevati ita fracti ac corrupti fuerint deprehensi, ut vix videri, ac recte in pristinum locum amplius reponi possint, utique novos ponere nihil erit impedimento, dummodo lapilli & testes, qui adfuerunt, eodem modo, quo ante extiterunt collocati, adjiciantur. *arg. L. 1. §. 2. C. de Fund. Limitroph. L. Lege agraria. ff. de Term. mot. Mynsing. obs. 27. n. 3. cent. 6.* Non obstant hoc, quod tamen Commissarii potestas eousque se non porrigat: quia hic quandoque connexa expedire valet: si enim agrimensores ad petitionem partium, tales lapides renovare possunt, sane Commissario cum consensu Adjuncti, si nihil præjudicii subsit, idem erit concessum, potissimum si lapis frangatur inter eradicandum aut effodiendum. *Gilhaus. in arb. judic. p. 2. c. 6. art. 2. §. 10. n. 23.* Ubique tamen in hac renovatione & novorum Lapidum substitutione, ceu dictum, pristinam formam, magnitudi-

tudinem, altitudinem & latitudinem considerabit, ne si forte deinceps controversiæ oriatur, & instrumenta formam lapidum describant, error ex eo causetur. Rulant. p. 2. lib. 6. cap. 12. in fin. Nec ob est porro, quod tamen lapis debeat in elevatione reponi in pristinum locum, nec ejici, cum id duntaxat de integro lapide in suum locum reponendo sit accipiendum, alias de viribus talis non integri Lapidis, variæ quæstiones moveri possent, ad has & omnes altercandi occasiones præscindendas, recte si tales metuuntur, novi lapides surrogantur. Rulant. cit. loc. n. 8.

§. VIII.

Absoluto actu commissionis, ipse Commissarius ab agrimenforibus relationem exigit, vel in ipso loco controverso, vel alio concipiendam, hac secuta, & silentio eisdem imposito, partibus indicatur, Lapidem omnes in fine loci litigiosi, petito modo esse sublato, ac agrimenforum judicium de eis conceptum, rotulo insertum iri, quem deinde Commissarius perficit, & Adjunctum pro subscriptione interpellat, illumque rotulum clausum ad committentem mittit. Rutger. Rulant. de Commiss. p. 2. Lib. 6. cap. 13. n. 10. & seqq. Imo Ignographia totius loci controversi pariter ad judicis informationem adjungi solet. arg. Recess. Imp. de A. 1654. §. 51. ibi: Wenn es umh Gränzen/ Waidgängen/ Jagden/ und dergleichen jura und Gerechtigkeiten/ zuthun/ und den Augenschein einzunehmen vomnöthen/ solle zu des Richters bessern information eine jede Parthey einen richtigen Abriß zu produciren schuldig seyn. Cæteroaquin si aliter deponant de Lapidibus elevatis testes, quam agrimenfores, quibus standum sit, late discutitur a cit. Rulant. cit. loc. n. 10. testium depositione non reprobante, dummodo hi verisimilia protulerint, potissimum cum malicia, vel alia ratione murati & alterati Lapidem esse potuerint. Sed si forte post hac lapides plures inveniuntur, num talis inspectio jam jam finita, & ad finem perducta eisdem levandis derogare valeat, omnino inficiendum est. Laudatus Rulant. cit. loc. partibus suadet, ut in fine actus elevationis,

Finite Elevationis actu, exigitur Agrimenforum judicium. Rotulus & Relatio ad committentem mittitur cum ignographia.

ccum  
d affir  
m La  
pides  
atione  
rgo in  
mino  
ntiquis  
fil. 27.  
mate  
96. de  
Puteo  
pides  
o con  
und  
ndi ac  
Confil.  
depre  
reponi  
modo  
erunt  
h. L.  
Non  
e non  
enim  
e pos  
udicii  
inter  
c. 6.  
orum  
agni  
tudi-

nis, habita gratiarum actione Commissario, protestationem annectere possint, ne, si forte alii post hac lapides reperiantur, hæc elevatio peracta eisdem de novo elevandis objiciatur.

§. IX.

*Conservatio  
Lapidum  
fit per visi-  
tationem  
quotannis  
factam.*

Cæterum ad conservacionem lapidum potissimum publicorum, non parum facit, si quotannis ejusmodi termini finales, sicuti alii limites, diligenter visitentur, & per certos hanc in rem Deputatos inspiciantur, secundum monita Illustris Dn. de Seckend. in Teutschen Fürsten: Staat / p. 2. cap. 7. §. 6. n. 1. in verbis: Indem er sich läffet angelegen seyn / die Grenzen seines Landes / wie er sie von Alters her gefunden / oder durch Verträge mit denen Benachbarten getheidiget / oder eingerichtet / zu erhalten / da er dann jährlich durch die Beamte die Grenzen bereiten und beziehen / auch auf der Benachbarten Thun und Lassen bey denen Grenzen / gute Achtung geben / und darüber allenthalben schriftliche Nachricht und Urkunden aufrichten läffet / darwieder niemand verstattet / daß er seine frembde Bittmäßigkeit über die Grenzen erstrecke / Land und Leuthe zu seinen Gehorsam ziehe / oder sonst über die Grenzen mit seiner Macht rucken möge / *W.* Hæc cura custodiendi ita terminos publicos, potissimum Dominis eorundem competit. *arg. L. 2. §. 12. ff. d. O. J. L. 1. §. 12. ff. de Off. Pras. Urb. Gilm. 1. decis. Cam. 1. n. 24. Knipschilt. de Jur. Crv. lib. 5. cap. 12. per tot.* Sæpius heic adhibentur ex aditis pagis & villis pueri ac juvenes, eisque certi nummi, ostensis finibus, & Lapidibus terminalibus consuetis, porriguntur, quos Ruricolæ, ob defectum munerum in Lapidum suorum terminalium notionem, apprehensis criminibus, mit Haar-rupffen / eisdem haud raro inculcant, ceu ex Lenz. *de fin. hb. 37.* refert Besold, in *Theaur. Pract.* voce, Haar-rupffen.



CAPVT QVARTVM.

Lapidum finalium diversorum effectum  
representans.

§. I.

**L**apidum memoratorum constitutio ac diligens conserva-  
tio id potissimum operatur, ut hi lapides probent non  
tantum territoria ac districtus jurium, sed & privatorum  
quoque patrimoniorum proprietates ac dominia, eaque extra  
confusionem constituant. *L. 1. §. 4. ff. ad L. Corn. de Fals. L. 27.*  
*in pr. ff. de Furt. Guid. Pap. Decis. 193.* Unde in probandis li-  
mitibus alicujus districtus, isti cumprimis attenduntur, nullaque  
mutatio circa eosdem præsumitur, donec contrarium ostendatur.  
*L. 2. C. Fin. reg. Hieron. de Monte Tract. de Fin. Reg. cap. 21.*  
*1. Sixtin. Consil. 8. n. 40. Volum. 3.* Hinc lapides reperti ac adinventi  
cum suis indicibus ad custodiam substratis, eertissimum indicium  
divisionis districtuum ac fundorum arguunt. *L. in finalibus. 11.*  
*ff. fin. regund.* Nam ubi diversi tales limites conspiciuntur, ibi  
diversi proprietatum domini, non sine ratione censentur ad-  
esse. *per L. 1. §. initio. 4. ff. de Off. Praef. Urb. Victor de Exempt.*  
*posit. 27. in fin.* Hinc probatis finibus, probatum etiam censetur  
dominium. *Paris. Consil. 101. n. 16. Vol. 1. Hieron. de Monte de fin.*  
*cap. 60. n. 2.* Utut Lapides hi nostri sint medium probandi pro-  
prietatem, non tamen autumandum est, eosdem solos cum aliis  
limitum signaturis, modum probandi districtuum & rerum pro-  
prietates constituere. Non enim est bona consequentia, insignia &  
lapides finales in territorii vel agrorum confiniis non adparent,  
ergo nec jurisdictio heic exercenda est, vel dominium non com-  
petit possessori: cum ejusmodi jura etiam sine istis cognosci ac  
denotari valeant, per documenta, testes senes eorundemque  
attestationes. *L. 1. pr. ff. de Flum. cap. cum causam, X. de prescrip.*

Efficacia  
Lapidum fi-  
nalium  
(1)

in probanda  
proprietate.

E Myri-

m an-  
hæc  
  
blico-  
nales,  
n rem  
de Se-  
6. n.  
Bren-  
den /  
diget  
urch  
auf  
ben /  
riff-  
ieder  
gleit  
einer  
minos  
L. 2.  
decif.  
Sæ-  
renes,  
alibus  
erum  
s cri-  
eu ex  
CA-

(II)  
*Inpertinē-  
 tiis demon-  
 strandis.*

Mynsing. *cent. 6. obs. 26. per tot.* Natta *Consil. 104. n. 3. & 636. n. 123.* Lapidēs nostri pertinentias quoque definiunt, & manifestō declarant; cum & hæ sint dominiorum ac proprietatum accessiones, nec expressio prædiorum, nemorum; aliarumque pertinentiarum relevat, nisi simul certi eorundem fines exprimantur, ipsove actu ostendantur. Nam illa demum ab aliis rebus diversa judicantur, quæ separatis limitibus inclusa demonstrantur. Alexand. *Consil. 14. n. 20. vol. 7.* Hinc ex oppositione finium probe dignoscitur, quid fuerit pertinentiarum nomine comprehensum. *l. ade sacra. 73. ff. de contrab. empt. Dn. Stryck. de Probat. pertinent. cap. 3. n. 58. & seqq. Vol. Disp. ult.*

(III)  
*Lapides  
 Territoria-  
 les plerum-  
 que aliorum  
 insignia ex-  
 stitunt.*

§. II.  
 Lapidēs hi publici, & cum primis Territoriales, non admittunt, ut ratione juris, in alieno territorio exercendi, insignia istius Domini, cui istud jus competit, lapidibus vel aliis rebus incisa, ac insculpta præsententur, nisi ideo forte ea tolerentur, quod aliis manifesto constet, cujus juris in alieno exercendi causa, eorundem publica positio admissa hucusque fuerit. Anton. Capyc. *Decis. 189. n. 8.* Hieron. de Monte *de fin. cap. 75. n. 17.* Oeting. *c. 17. n. 17.* Myler. ab Ehrenbach *in Metrolog. cap. 14. §. 12. in fin.* Non adeo alienum nobis videtur, hæc adducere rationes juris, ante anni spatium, à Collegio Juridico hujus Universitatis, pro fundanda inter duos Illustrissimos unius Familiæ Comites sententia, conceptas ac simul exhibitas, ita sese habentes, & ad hujus nostri asserti illustrationem non parum facientes. Unreichend hier-  
 nechstens auch die erkandte Refigirung des Gerhardischen  
 Wappens/ an den Jagt- und Forst-Hausse/ hat selbige  
 dahero rechtlichen anzutragen sein wollen/ weiln Ger-  
 hardischer Seiten/ testantibus actis zugestanden worden/ daß  
 selbiges Jagt- und Forst-Hausse/ auf jenseitigen Sempronian-  
 nischen Territorio und Jurisdiction liege. Nun dann die Aff-  
 girung derer insignium einer Herrschafft/ in einer andern  
 Herrschafft/ allerdings etwas mehr zu bedeuten hat/ als  
 wann

*Illustratio  
 ex Rat. de-  
 ridend.*

wann mir etwan ein privatus, sein Wappen mit seines  
 Nahmens Uberschrift / an sein Haus machen lasset / als  
 hat das Gegenheilige Ansuchen umb Refigirung desselben /  
 in alle Wege rechtlichen Grund. Siquidem insignia ita af-  
 fixa, & in locis depicta ac incisa, domini jurisdictionis & superio-  
 ritatis indicium sunt, Felschius in tract. de Insign. c. 14. n. 9. Me-  
 noch. de pres. Lib. 6. pres. 73. n. 5. Reinking. de R. S. & E. Lib. 1.  
 Cl. 5. cap. 4. n. 232. Roland. a Vall. vol. 2. Conf. 84. n. 23. Hulde-  
 ricus. Eyben in not. ad Perez. sub tit. de his qui pot. nomin. ti-  
 tui. pr. adus affig. vel eorum nom. in lit. prat. Bevorab dieser  
 sich keiner freunden Herrschafft in freunden Gebieth zu  
 pravaliren hat. Jedoch ist Hoch-Gräfl. Herrschafft ohn  
 Jagt- und Forst- Hause geständig hat / die Uberschrift:  
 Gerhardtisches Jagt- und Forst- Haus; allda zu lassen / zu-  
 mahlen dergleichen inscriptiones nur proprietatem ejus, cujus  
 inscriptio est superaddita, arguiret. Mev. p. 9. dec. 141. n. 1. und  
 auch sonsten dergleichen insgemein unverwehret ist.

§. III.

Porro omnem proprietatis & jurium augmentationem & di-  
 minutionem lapides nostri aquarum operatione alias inducendam,  
 impediunt. Licet enim acriter alioquin disceptetur: Utrum flu-  
 minum inundationibus ac alluvionibus. hæc lapidea probandi pro-  
 prietates, & indubitata adminicula mutantur, ut terminati ac  
 limitati per hæc fines alterati censei debeant, nec non absque  
 juriratione asseratur, quod sola inundatio fluminis, vel imbri-  
 bus, vel nivibus, aliove nimio affluxu ad tempus aucto facta,  
 speciem fundi non mutet nec dominium auferat, nec Limites ac  
 Lapidem mutet. L. 7. §. 6. ff. de A. R. D. l. 30. §. 3. l. 32. eod. ut  
 adeo possessio interea sufflaminetur, si talis inundatio non  
 per paucos dies, sed ita adpareat, ut dubium sit, an flumen in  
 priorem alveum suum sit reversurum, an in eo mansurum, ac  
 alveum novum facturum: Nam interea temporis dominus agrum.

(17)  
 Excludunt  
 Lapidem ac-  
 cretionem  
 per alluvio-  
 nem.  
 Per inunda-  
 tionem non  
 mutantur  
 termini.

636. n.  
 flo de-  
 cessio-  
 rinen-  
 antur,  
 iverfa  
 exand,  
 gnosci-  
 l. ade  
 inent.  
 rtunt,  
 s Do-  
 a, ac  
 alias  
 brun-  
 De-  
 c. 17.  
 Non  
 ante  
 ndan-  
 ntia,  
 nostri  
 hier-  
 chen  
 bige  
 Ger-  
 dass  
 onia-  
 Aff-  
 dern  
 als  
 ann

ita aquis occupatum possidere non dicitur. *L. 3. §. 17. ff. de Acquir. vel. Amitt. poss. L. 12. ff. de Reb. auct. jud. poss.* Noe Meurer. *de alluv. p. 3. in fin.* ibi: Wann durch überschwemmen das Guth/ eine Zeitlang nicht zu gebrauchen/ die possels in solcher Zeit und Fall verlohren wird. Impedita licet possessione, non oppido dominium impeditur, cum hoc semel quassatum, sine facto naturali & corporali utique exerceri possit, non autem possessio. *L. 3. §. 13. de acquir. poss.* Quare & domini limites manent integri, nisi his irruptione alteratis, casu quo renovatione eorundem est opus. *L. si irruptione. ii. ff. Fin. Reg.* Tamen fecus sentiendum esse circa alluvionem plures statuunt, nimirum illa, per incrementum circa lapides obviente, induci mutationem terminorum finalium, & extensionem & diminutionem domini & jurisdictionis. *l. i. C. de Alluv.* Nam existimant ejusmodi alterationem ad instar usucapionis, rationem habere negligentiae ejus, qui ripam sui praedii non munit adversus incursum fluminis. Joh. Bapt. ab Aym. *de Alluv. lib. 2. cap. 6. per tot.* Hieronym. de Monte *cap. 24. per tot.* Carol. Molinæ. *ad Consuet. Paris. §. 1. Gloss. §. n. 100.* Verum enimvero rectius in ejusmodi mutatione finium lapidibus distinctorum facta, per alluvionem augmentum & decrementum negatur. *L. 16. ff. de A. R. D.* ibi: *in agris enim limitatis jus alluvionis locum non habere constat.* Id quod non sine ratione ita censendum venit, quia partim mensura agri limitati cuius statutos sui fundi terminos assignat. *L. 1. §. 6. ff. de Flum.* partim vero Lapidis finales non demonstrationis, sed taxationis gratia positi existimandi sunt. Dominia porro distinguuntur publicae tranquillitatis causa, quae per fortuitum augmentum non sunt alteranda. Carol. Molin. *ad Cons. Paris. §. 1. Gloss. §. n. 101.* Dein & jus accrescendi prohibitum in omnibus limitatis dispositionibus. *L. Lucius. 78. §. quae habebat. ib. ff. ad Scutum Trebell.* Nec non terra alluvione quaesita ipsa, est jurium quoddam subiectum occupans, cui haec adherent tanquam nebula paludibus. *arg. L. fin. ff. de jurisd. Miler. in Metrolog. cap. 14. §. 37. in fin.*

Nec per alluvionem.

§. IV.

Sed num Lapides nostri & publici & privati præscriptio-  
nem contra sese admittant, ob die Marckungen auch durch  
Veränderungen geändert werden mögen / pariter hic ven-  
tilari meretur. Negantium rationes potissimum sunt hæ. Primo,  
ne admilla horum terminorum finalium præscriptione, oriatur  
confusio ac turbatio cum Reipublicæ detrimento. *per can. 4.  
& Can. 5. caus. 16. q. 3.* ac fines publicæ quietis causa constitui  
privato ausu alterentur. *L. 7. §. 1. ff. de peric. & Commod. L. 239.  
§. 8. ff. de V. S. indeque incertitudo limitum existat, L. 11. ff. de  
Fin. Reg. Cap. 4. X. de paroch.* Deinde ratio ex *L. 51. ff. per  
soc.* depromitur, quod confinales domini, conterminales fi-  
nes pro communi ac indiviso possidentes, terminorum horum  
finalium sint focii sicque confinia quilibet ceu partis dominus suo  
quoque jure possideat, nec ea ut rem propriam præscribat, nec  
ut rem universim cum pluribus possessam. *L. communium ff. quem-  
adm. serv. amitt. Boër. decis. 58.* unde Mynsing. *Cent. 6. obs. 28.*  
scribit: *Limes ut limes est in præscriptibilibus*: Postea & hoc con-  
currit, quod confinantes focii Lapide finali utantur ut commu-  
ni, nec unquam suo nomine eum possideant, ideoque ob defi-  
cientem bonam fidem eum haud usucapiant, sed & ut limitem  
nomine communi competentem retineant. Faciunt hæc *L. f. C.  
de fund. limit. & L. 8. C. de fund. patrim.* Mynsing. *Cent. 6. Obs.  
20. n. 2.* Hieron. de Monte de *finib. Reg. cap. 76. n. 2.* Alt affirman-  
tium fundamenta & tutiora & firmitiora reputamus: Nam) oc-  
curruerunt expressi juris textus. *L. competit. C. de præscript. 30. vel  
40. annorum, & cap. 1. de præscript. in 6.* Conf. Myler. in *Metro-  
logia cap. 14. §. 20. v. 2.* Accedit 2) quod Lapides finales quando  
fuerunt turbati, sint dubii & incogniti, ac ex eo quo ita turbati ex-  
titerunt, non possideantur ut termini finales, sed ut solum præ-  
cipuum, cujus intuitu actio finium regundotum nata perhibetur.  
Bald. in *L. fin. quest. 2. C. Fin. Reg.* Et quamvis ante hujus ortum  
nulla quidem currat præscriptio. Brunnem. *d. L. f. C. Fin. reg.*

(V)  
Nam præ-  
scriptionem  
respuant?

Rationes  
negans.

Affirmat.  
Rat.



Quam primum tamen possessori præscribenti fuit ignotum, fundum lapidibus distinctum existere, præscriptio oppido initiatur, quæ est 30. annorum. *L. f. C. Fin. reg. l. 8. C. de petit. hered.* Hieron. de Monte *de fin. Cap. 74. n. 2.* Mynsing. *l. 6. obs. 28. n. 3.* Brunnem. *ad cit. L. f. C. Fin. reg.* Nam id, quod tanquam solum proprium possidetur, seu dominium & proprietas acquiritur, & non finium ac limitum indolem amplius habet, nec ad præscriptionem præpediendam quicquam facit. Speidel. *in Spec. Lit. M. voce, Marktstein.* Menoch. *Consil. 147. n. 43. Et seqq.* Myler. ab Ehrenbach *in Metrolog. c. 14. n. 3. in fin.* Schuff. *Consil. 20. n. 20. Ceyt. 1.* Quæ sane rationes non adeo sunt deferendæ, dummodo distinguamus inter præscriptionem Lapidum publicorum a privatis allegandam, & inter præscriptionem Lapidum privatorum; ita ut priori in casu, præscriptio immemorialis sit necessaria, cum per hanc possiat & ea acquiri, quæ alias sunt impræscriptibilia, quidni etiam amittit Dn. de Lynck. *Resp. 113. n. 68.* Ertel. *de Jurisdictione infer. Lib. 1. cap. 6. observ. 7.* Posteriori vero in passu, sufficiat triginta annorum præscriptio, cum & ipsa actio finium regundorum, & condominii confusi præscribenda vindicatio 30. annorum sit spatia inclusa, *L. f. C. Fin. Reg. Myler. ab Ehrenbach. in Metrolog. c. 14. §. 30. n. 2.* Bœckelmann. *ad. ff. tit. fir. Rep. §. 10. Brunnem. ad L. f. C. fin. Reg. per tot.*

Distinguen-  
dum tamen  
heic est.

§. V.

Amituntur  
Lapides non  
usum.

Imo si fines cum fundo usucapiuntur, brevius spatium 10. vel 20. nimirum annorum sufficit ad mutandos fines. Neque enim dubium est, quin agrum tuum, qui meo proximus est, eo tempore usucapere possim, quo facto, si de finibus litem movere velis, obstabit tibi exceptio domini longi temporis amissi. Neque enim ad finalem quæstionem proceditur antequam constet de possessione. *L. 3. C. Fin. Reg. L. 18. ff. de Except.* idque manifeste confirmat Paulus *L. 2. §. 6 ff. per Emptore*, quem locum alii miase per *L. ult. C. antiquatum* ajunt. Plane & hoc ad amissionem Lapidum breviori spatia inducendam faciet, si quis hos ita neglexe-

rit

rit, ut eosdem non tantum evelli fuerit passus, sed & in suo districtu istis ante limitato jus sibi competens exercere cessaverit, & alterum potius istius juris exercitium permiserit, siquidem id ad jus in loco lapidibus determinato quæsitum respuendum omnino jura interpretantur. L. 6. ff. quemadmod. serv. amitt. L. 20. §. 25. ff. eod. l. 6. S. U. P. l. 18. ff. de S. P. R. Dn. Stryck. Diff. de Non usu jur. quas. cap. 2. n. 48. & 50. Sic repudiatur jus venandi, jurisdictio, decimandi jus, in tractu limitato per 10. vel 20. annos non exercitum, maxime cum occasio id exercendi non defecerit. Dn. Lib. Baro de Lincker. Respons. 65. n. 86. & 88. & Respo. 97. n. 50. ibi: auch diejenige 36. in seine Gerichte des Eichenbergs/ von den Erfurtischen eingesetzte Mahlsteine wiederumb herauß zu reißen/ welches auch den 25. ejusdem geschehen/ und nach hierauf geflogenen Tagfarth/ mit denen Erfurthern/ auf vorgegangene Remonstracion also verbleiben.

§. VI. *Quis succubuit agens*

(VI.)

Secus utique se res habet, si aliquis jus quoddam, cujus usus est discontinuus, in alieno prætendatur, & pro jure isto assertendo sese in præscriptione fundet, sed sententia lata, fortean non sufficienter probata præscriptionis requisita, in lite succubat hic lapidibus noviter inventis istud jus sibi vindicare non impeditur, sed lapides allegans omnino audiendus est, nulla exceptione rei judicatæ, ad litem denuo movendam ingressum impediendum eidem obijcienda. Faciunt omnino ad dilucidationem hujus assertionis illa fundamenta, quæ in rationibus sententiæ A. 1709, conceptæ subjunctis, Collegium hujus Altdorfinae Juridicum pro decisione similis disquisitionis adduxit, heic non pertereunda, in verbis: Diesen allen aber ungehindert/ und da I) Leuterantische Bernhardsstetter Gemeinde / wann sie gleich in dem Bernhardsstetter Thurb die Trift und Huth Berechtigkeith ehe demselben testamentibus Actis, ex causa præscriptionis gesuchet/ und darinnen succumbiret hat/ jedemoch gegen die Leuterantische Gemein-

Qui succubuit agens ex præscriptione, illi ex lapidibus inventis suam probationi non obstat exceptio.

Præjudicium reus declarans adducitur.

fun-  
iatur,  
Hie.  
27.  
soluim  
un, &  
æscri  
t. 24.  
er. ab  
27. 20.  
do di-  
ivatis  
; ita  
cum  
ibilia,  
Fu-  
suf-  
n re-  
an-  
ch. 17.  
§. 10.  
o. vel  
enim  
tem-  
vere  
eque  
pos.  
con-  
nate  
L. a-  
ex-  
rit

Gemeinde an sich gar wohl sothanige servitutem quaestionis ex nova causa zu vindiciren befugt ist. *L. 11. §. 4. ibi:* At si ex alia dominium fuerit nactus, non nocebit exceptio. ff. de except. rei judic. *L. 14. pr. eod. Zoel. ad ff. eod. tit. n. 10.* Nam si alia causa est, licet idem jus petatur, non obstat exceptio rei judicatae, cum non possit dici iudicatum de ea re, alia si causa fuit prioris petitionis, & alia hujus posterioris, quae ut nova olim non allegabatur. *Brunnem. ad L. 14. cit. tit. n. 2.* Als welches allhier überall sich in facto offenbahret/ da die dermahlen Leuterande und slagende Weimerstettische Gemeinde/ die sritzige Huth und Trift nicht mehr ex capite praescriptionis, als worinnen ehe dem dero Klag-Werck alleine beruhet/ sondern ex fundamento noviter repertorum limitum & lapidum, praetendiret/ welche causa ja sich von dem Erstem von selbstem sattsam distinguiert/ und also Leuterantischer Gemeinde zu der Relevanz dero eingewendeter Leuterungs-Gravaminum ein sonderbahres momentum giebet. Zum voraus auch (2) sich nirgend ex actis zeiget/ daß Leuterantische Gemeinde ehedem simpliciter, & causa petendi non expressa, agiret/ und die quaestionirte servitut vindicirt hätte/ als in welcher Begebenheit wohl sonst/ causa petendi non expressa agens reali actione, & succumbens in eadem, exceptione rei judicatae submoviret werden kan. *L. 14. §. 2. ff. de Except. Rei judic.* Aber keines Weges wird derjenige/ qui reali actione egit, & causam petendi specialiter expressit, isthac exceptione rejiciret/ si in causa nova, ex qua antea non fuit actum, actionem fundat, ceu colligendum *ex cit. L. 14. §. 2. L. 11. §. ff. de Except. rei jud. §. 35. J. d. Act. Zoel. tit. d. Except. rei jud. n. 3. & 4.* Ein folgsam auch (3) Leuterantische Weimerstatter Gemeinde nicht nachtheilig sein mag/ wann sie gleich bereits in vindicatione solcher servitut ex capite praescriptionis, vor deme sachfällig geworden/ da sie nunmehr ex capite aufgefundener Lapidum, sich ihre inteaation zu erreichen getrauet/ cum sic actio plane



plane ex nove causa intentetur, quæ facit cessare omnem judicatio-  
 exceptionem. *Zaf. ad L. 11. ff. de Except. rei jud. Donell. in Com.  
 jur. Civ. Lib. 22. c. 5. lit. Z. Obrecht. de Libell. cap. 11. n. 68. & seqq.*  
 Als ist derentwegen die eingewendete Leuterung vor erheb-  
 lich zu achten / und Inhalts Spruches zu erkennen gewe-  
 sen / daß die von der Weimerstetter Gemeinde angebrachte  
 Klage fol. *Act. 22. usque ad 24. Vol. Act. 4.* befindlich / in alle weg  
 statt / und beklagte St. Bernharter Gemeinde sich einwen-  
 dens ungeachtet / darauf einzulassen / und licem ordentlich  
 zu contestiren habe.

§. VII.

Denique lapides nostri & publici & privati singularem invio-  
 labilitatem important, unde & veteribus eosdem sacros fuisse,  
 vel ex Platonis lege intelligi potest, quæ extat *Lib. VIII. quam*  
*adducit Ant. Matth. de Criminibus ad Lib. 47. ff. tit. 14. Cap. 1. n.*  
 2. Unde Hebræi publica & solenni maledictione devovebant eum,  
 qui fines propulisset ex lege Divina. *Devt. XXVII.* Imo & apud  
 alios singularis pœna in moratores lapidum statuta vid. laudatus  
*Matth. cit. loc. cap. 2. per tot.* Nam apud Romanos olim gra-  
 vissimum crimen erat, publica vindicatione dignum, retminos  
 & confinia publica turbare, & invadere. Myler, ab Ehrenbach *in*  
*Metrol. cap. 14. §. 17. n. 2.* Unde Romani & eorundem Legisla-  
 tores sequioris temporis extra ordinem in violatores illorum sta-  
 tuendum putarunt. *L. 3. L. 4. C. Fin. Reg. & L. 5. C. unde vi.*  
 Cæterum non minus Germanorum Legislator gloriosissimus Ca-  
 rolus V. in Nemesi sua *Artic. 114.* pœnam adeo corporis afflicti-  
 vam, pro circumstantiis concurrentibus, istorum Lapidum viola-  
 toribus dictandam præcepit, in verbis: *Welcher bößlicher*  
*Weißt. Maßl oder Marksteine verruckt it. der soll dar-*  
*mit peinlich am Leib nach Gefährlichkeit / Größe / Gestalt*  
*und Gelegenheit der Sachen und Versohn' nach Rath ge-*  
*strafft werden.* Hanc pœnam adeo ad mortem usque exten-  
 di posse

(VII)  
 Inviolabili-  
 tas Lapi-  
 dum.

Pœna in-  
 violatores  
 statuta.

F

di posse

tionis  
 ex alia  
 except.  
 causa  
 icata,  
 rioris  
 a alle-  
 mbier  
 leute-  
 firie-  
 s. als  
 / sou-  
 idum,  
 von  
 Ge-  
 ungs-  
 Zum  
 teran-  
 on ex-  
 te/als  
 on ex-  
 onione  
 cept.  
 tione  
 ne re-  
 onem  
 ei jud.  
 gant  
 nach-  
 e so-  
 rällig  
 r La-  
 actio  
 plane

di posse autumat post Zieriz. Blumlacher. *ad. cit. art. 114. n. 1.*  
 Id quod tunc verum arbitramur, si exinde toti Reipublicæ vel  
 provinciæ ingens detrimentum vel damnum ingeratur. *arg. L.*  
*penult. ff. de extraord. crim. L. 1. C. de Nili aggere non rump.*  
 Ast extra hujusmodi passum utique plerumque alio exordinario  
 modo ista violatio venit animadvertenda secundum Ertel. *in Aur.*  
*prax. de Jurisd. infer. cap. 6. obs. 5. ubi aus der Beyeri-*  
*schen Lands-Freyheit p. 1. art. 16. allegat. quod tale delictum*  
*ibidem æstimetur für einen Wißdums Handel / und pflege*  
*Kentneisserisch abgestrafft zu werden. Cæterum asserit*  
 quidem Ertel. *cit. loc. observ. 6.* quod si quis una vice plures  
 evulserit lapides terminales, is pro quovis termino novam pœ-  
 nam luere, sicque hæc multiplicari debeat, pro numero termi-  
 norum evulforum, cum tot sint delicta, quot invasiones termino-  
 rum, quæ ob reiterationem merito ejusmodi exasperationem &  
 multiplicationem mereri videantur. *L. 3. in pr. ff. term. mot.*  
*Perez. ad C. d. iur. Fin. Reg. n. 8.* Verum enim vero nobis Ale-  
 xandri Imol. & Angeli *in L. inficiando. 67. §. infans. 2. ff. de Furt.*  
 sententia, motorem plurimorum terminorum, continuo & unico  
 actu. everforum, unica duntaxat pœna afficiendum esse, ratio-  
 nabilior & juris analogiæ conformior videtur, partim quia fur-  
 ta, in eadem re, eodem tempore commissa, solum pro uno  
 delicto, & plures injuriæ simul prolatæ, pro una injuria ha-  
 bentur. *L. inficiando. §. infans. ff. de Furt. L. 52. ff. pro soc. L.*  
*25. §. pluribus. 3. ff. famil. ercisc. Jul. Clarus §. furtum. n. 14.*  
 Nec juvat Ertelium *L. 3. in pr. ff. de term. mot.* supra in con-  
 trarium ab eodem adducta: licet enim ibidem in singulos ter-  
 minos avulsos quinquaginta aureos in pœnam dictandos conspi-  
 cimus; tamen hæc lex istud non ut multiplicationem pœnæ  
 suggerit, sed duntaxat, modum quendam suppeditat, qua ra-  
 tione pecuniaria pœna, secundum numerum terminorum ever-  
 forum proportionanda sit, ita ut pœna pro ratione ibidem præ-  
 scripta,

Num tot sint  
 animal ver-  
 siones, quot  
 sunt Lapides  
 una vice  
 avuls.

scripta, æstimata ac imposita unica sit duntaxat & simplex, pro modo admissi accommodata, non autem multiplicata, ac pro diversis admissis irrogata. Hæc de Lapidum nostrorum varietate eorumque vario jure adduxisse sufficiat.

FINIS.



Um jam pro fausto studiorum limite servit,  
Congeries lapidum jure sacrata,  
*Tibi*

Est mihi, quod læter, resonent ni tristia verba.  
Hæc : Proh ! *Rinderus* noster Amicus abit,  
Ast sic cum fati decreta ferocia poscant  
Hæc precor : usque *Tibi* prospera fata sient.

*Nobilissimo atque Politissimo*  
DN. RESPONDENTI

Amico suavissimo,  
de insigni hoc editio specimine gratulandus hæc acclamare  
ipsique abitum jam parantise suamque  
memoriam commendare  
voluit

JOH. GUIL. WIDMANNUS,  
Med. Stud.

Quum

**Q**VUM RINDERE Tuum demon-  
 stras arte politum  
 Ingenium , & lapidem , qui regat  
 arva , doces ;  
 Fœdus amicitix sanctum me scri-  
 bere jussit,  
 Et lætæ mentis pandere signa  
 meæ.  
 Gratulor ex animo specimen Tibi,  
 candide Theseu !  
 Gratulor & laudem , quam Tua  
 cura meret.  
 Carpe Tui studii fructus , faveat  
 Deus ausis,  
 Pergas Pirithoum semper amare  
 Tuum

IACOBVM THEOPHILVM LINCKIVM,  
 LL. St.

*Corrigenda.*


Pag. 5. lin. 9. n. 3. lege. 12. lin. 21. *Marchstetne* lege, *Marchstetne*. ead. lin.  
*Mucht* leg. *March* lin. 24. c. 1. leg. c. 6. pag. 6. lin. 14. legatur, leg. *legatum*.  
 ead. lin. *fin.* leg. *fuas*. p. 7. lin. 1. 24. 1. leg. 24. lin. 8. cap. 6. leg. cap. 17. n. 6. l. 26.  
*prois*, leg. *portis*. p. 9. lin. 25. 20. leg. 19. p. 13. lin. 2. *fand* *Schindar*/lege, *Land*  
*Schledet*. 13. extranei, leg. *extraneum*. p. 15. lin. 27. *Und* lege *Unter*. p. 16.  
 lin. 1. *lib.* 1. leg. *lib.* 1. p. 25. lin. 19. *quas* *interest*, leg. *quos* *interest*. p. 39. lin.  
 18. *pre* *pondatur* leg. *pre* *cedat*.





Altdorf, Diss., 1770-71

X 234 4169







Pr. 3. num. 7.

1710

fol. 6  
60

DISSERTATIO JURIDICA  
De  
**DIVERSITATE LAPIDUM FINALIVM  
EORVMQVE JURE**

*Von*  
**Unterschied der Brenz- und Marck-  
Steine und deren Befugnis/**

SVB

*MAGNIFICI VNIV. RECTORIS*  
**DN. HENRICI HILDE-  
BRANDI, JCTI,**

**REIP. NORIC. CONSILIAR.**

**ET PAND. PROF. PVBL.**

**PATRONI AC PRÆCEPTORIS SVI OMNI**

**HONORIS CVLTV PROSEQVENDI,**

**PRÆSIDIO,**

ad d. Jun. CID ID CCX.

VENTILANDA

**CHRISTOPHORO ADAMO RINDERO,**  
Norimb.

*ALTORFI NORICORVM,*  
**LITERIS KOHLESII VNIV. TYPOGR.**

